

minus quoque conducibilis censet lucrum temporale perdere, quam cum aliquo iudicio contendere; ait enim, Math. 5, 40: *Et qui vult tecum iudicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium, ac si dixerit: Meius est partem substantiæ surripere gestientis quiddam habes relinquere, quam ad rixas et contentiones venire.*

Iuvabit autem ad contentiones evitandas considerare mala que ex his oriuntur; que sanctus Laurentius Justinianus de Disciplina et perfectione Monasticæ conversationis, cap. 13, more suo ita pulchre describit: *Contentio est ignita diaboli sagitta ad perdendas animas, O quanta jurgia, quanta odia ex contentiosis oriuntur sermonibus! ô quoties veritas occulatur, et falsum pro vero defenditur timore confusionis! Pessimum namque malum est contentioni vacare, per quam amicitiarum compago dissolvitur, et animorum dulce vinculum dissipatur. Qui contentiosus existit, antiqui hostis in se inmissiones et contentiosus existit, antiqui hostis in se inmissiones et admittit, diaboli ministerium operatur, dirumpit pacem, rixas concitat, parit odium, furorem nutrit, denigrat honestatem, sapientiam perdit, rationem confundit, oculum mentis obnubilat, gratiæ lumen crepellit, fraternali dilectionem frangit, et ipsam celestem in se occidit charitatem.* Sic ille.

Similia quoque tradunt alii Patres, qui ad contentionem omnem evitandam, cum hæreticis haud temerè disputandum docuerunt, quod, ut S. Augustinus in Psal. 48, ait, *litigiosi essent pessimi.* Hinc, teste Sozomeno, lib. 7, cap. 12, Sinimii consilium illud prudens habitum fuit, et probatum Nectario Constantinopolitano Episcopo, cum auctor esset, ut *Catholicæ disputationes cum sectariis fugerent, quod esset molestiarum contentio fomes, et hæreticorum ingenia, que pugnandi libidine pruriunt, eo ipso acuerentur magis, et ad clamores et tumultum impellerentur; quem eorum in disputando morem bene expressit Justinus Martyr, Dialogo cum Tryphone: *Dant operam, inquit, non ut ea que dicuntur intelligant, sed ut se ipsi exacuunt, si quid tandem in medium adferre possint.* Quocirca S. Gregorius Nazianzenus, epist. 62 (aliis 56) ad Eustachium sophistam seipsum temeritatis incusat, quod cum redarguens ejus in se convitia convicisset: *Quale illud est, inquit, quod ignoravi? quomodo stultum et ineptum! Virum Sophistam castigare institui. O singularem audaciam! ac ne vulgari quidem proverbio eruditus sum, ut cum calvus essem, cum carie adversa fronte ne congrederer, nec crabronem laccerem et irritarem, hoc est, linguam ad maledicendum paratiorem.* Hanc sine dubio ob causam sanctus Dionysius Areopagita, ut ipsemet epist. 7 ac Polycarpum, de se testatur, nunquam in animum suum inducere potuit, ut adversus Gentiles aut Hæreticos calumiam stringeret, aut verbis inveheretur, *ratus viris probis esse satis, si ipsam in se veritatem et agnosceret et proferre possint prout re vera se habet. Ubi enim quiddam est ex lege veritatis demonstratum fuerit, clarè que consistit quid**

quid aliter se habet, ac veritatem simulat, arguet etiam aliud esse ab eo quod verè est, etc.

Ex quibus clarè patet omnem semper à disputatione contentionem abesse debere, et id quod verum et justum est perspicue proponendum, et firmis rationibus stabilendum esse. Nam si vera ratio, ut ait S. Dionysius, ritè fuerit stabilita, ceterisque omnibus irrefragabilis persistat, quiddam cum ea non eodem modo per omnia se habet, id ipsum per se insuperabili ejus quod verum est stabilitate dejicitur. Ita sanctus Dionysius Jobum imitatus, qui Eliphazum et socios jubet respondere sine contentione, et loquentes id quod justum est judicare, haud obscure insinuans cum contentione justum iudicium consistere nullo modo posse. Quamobrem Apostolus quoque contentionem cum iniquitate conjugit, perstringens gentes Judæos, veritatis impugnatores, qui sunt ex contentione, qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, Rom. 2, 8.

Non absimili quoque ab hoc Jobi sensu David terciae Judices admonet: *Si verè utique justitiam loquimini, recta judicate filii hominum, Psal. 57, 2, quasi dicit: Si ex animo, è mentis sententiâ, et non fuscate hæc hypocritici, atque externa dumtaxat specie justitiam loquimini, id in iudiciis faciendis operibus et factis ipsis ostendite. Non enim est in verbis ipsis justitia, sed in virtute. Ad quem Psalmi locum ita pulchre Origenes in Catena Patrum, quam ô Græco transtulit: *Videamus, inquit, quid sit verè justitiam loqui: et quæcumque ratione id fieri possit. Atque uno quidem modo potest quis loqui justitiam, quando sanas circa justitiam doctrinas habens, de iisdem disserit; altero autem modo justitiam quis loquitur, quando ex insità in animo ipsius justitiâ cuncta dicit. Verum si quis ultraque conjunxerit, reperiet eum qui verè justitiam loquitur. Qui enim aforis parent hominibus justis, intus autem hypocritis et iniquitate pleni sunt, etsi loquantur justitiam; non tamen verè illam loquentur. Nam verè loqui justitiam sequitur ex recto iudicio, ita ut nihil sit obliquum in iudiciis et cogitationibus ejus qui verè justitiam loquitur.* Hoc utique sensu Job quoque Eliphazum una cum sociis monet, ut à contentione abstinere verè justitiam loquantur, et rectum iudicium ferant.*

In Hebræo autem hic versus ad verbum ita sonat: *Revertimini, obsecro, ne sit iniquitas; et revertimini adhuc, justitia mea in eo, id est, redite in viam, et sanius judicate de meâ calamitate ac de verbis meis. Alii verunt Convertimini, alii Avertimini, videlicet ab hoc iniquo vestro iudicio, quasi dicat: Novam disputationem sine contentione resumamus, nam in ea patet mea justitia.*

Septuaginta legunt: *Sedete jam, nec sit iniquum; ac rursus cum justo convenite.* Par est, inquit, ut amicus in unam veritatem sincerè ac candidè intensus habeatur ratio justitiæ, que redditi cuique quod suum est. Veritati nimirum debetur assensus, falsitati dissensus, atque in hunc modum sedatis et compositis animis, contentione seclusâ, verbis ad numerum pro-

latis, aure linguæque reciproca, modestè, uti decet, disputatio pro rei gravitate procedat.

VERS. 50. — *ET NON INVENIENS IN LINGUA MEA INQUITATEM, NEC IN FACIBUS MEIS STULTITIA PERSONARUM (1).* Job, optimè sibi conscius, candidè promittit ac profiteretur, se in hæc cum amicis dissertatione linguam ab omni iniquitate, hoc est, mendacio, dolo malo,

(1) Nihil stultitiæ in ore meo deprehenditis, vel in faucibus meis peccatum non insidere fatebimini. Stultitiâ sæpè pro peccato usurpatur. Certò mihi spondeo futurum, ut si æquas et omni vacuas præiudicio aures mihi præberitis, innocentiam meam testemini, nihilque in verbis meis reprehensione dignum vobis occurrat. Hebræus: *An palatum meum non intelligit malum, vel mala, vel infortunia?* Justè me queri, meque scindere malorum meorum pondus, intelligitis. Septuaginta: *Facies mea nonne meditantur justè? seu potius: Nomen loquatur cum intellectu?* Num in sermonibus meis sapientiæ et intelligentiæ desideratur? Itaque ne miremini, si me querentem gementemque auditis. Duo hi versiculi proemii loco sunt sermonis sequenti capite deducti. Judicum suorum animos occupat, rogante ut vacuas præiudiciis alienisque affectibus aures sibi præbent; loquitur de se modestè, non indigne. (Galeus.)

Comment Job peut-il assurer ici, comme il le fait, que l'on ne trouvera point de folie dans ses paroles; puisqu'à la fin de toute cette grande contestation, nous verrons qu'il reconnaitra lui-même en la présence de Dieu, qu'il a parlé indiscrètement? On peut répondre que cette sagesse dont il parle ici, regardait principalement ce qu'il avait dit par rapport à la pensée de ses amis. Car il est certain qu'il leur répondit toujours très-sagement, quant à la pensée qu'ils avaient que ce qu'il souffrait était une preuve de son peu de sincérité dans le service qu'il avait rendu à Dieu; puisque Dieu même avait attesté au démon cette parfaite sincérité de son fidele serviteur Job; et qu'ainsi c'était contre toute sorte de justice que ses amis le voulaient faire passer pour un hypocrite, qui n'avait eu que l'apparence d'une véritable piété. Aussi il les avait avertis dans le verset précédent, de parler sans contention, et de ne lui dire que des choses équitables. C'est donc comme s'il leur disait: Parlez juste, et je vous répondrai de même. (Sacy.)

## CAPUT VII.

1. Militia est vita hominis super terram: et sicut dies mercenarii, dies ejus.
2. Sicut servus desiderat umbram, et sicut mercenarius præstolatur finem operis sui;
3. Sic et ego habui menses vacuos, et noctes laboriosas enumeravi mihi.
4. Si dormiero, dicam: Quando insurgam? et rursus expectabo vesperam, et replebor doloribus usque ad tenebras.
5. Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris, cutis mea aruit, et contracta est.
6. Dies mei velocitè transierunt quàm à texente tela succiditur, et consumpti sunt absque ullâ spe.
7. Memento quia ventus est vita mea, et non revertetur oculus meus ut videat bona.
8. Nec aspiciet me visus hominis; oculi tui in me, et non subsistam.
9. Sicut consumitur nubes, et pertransit, sic

cavillatione, amphibologia ceterisque similibus, qua disputationem vitare solent, vitium omnino puram et immaculatam servaturum, quin et fauces, que voci formandæ serviunt, ab omni incondito et inordinato clamore, qui solidi aut impotentis animi signum esse solet, cohibiturum, quo tantò clarior veritas elucescat.

Hebræus hæc per interrogationem exprimit his verbis: *Namquid est in lingua meâ iniquitas? An palatum meum non intelligit pravitates? vel, ut alii vertunt, calamitates, vox enim Hebræa utrumque significat. Palatum autem non corporis, sed anime significat, quamobrem utitur verbo intelligendi. Porro formula interrogandi fortem hoc loco sonat negationem, subaudiendam scilicet *minimè gentium, vel quid simile, quod vehementer negat, q. d.: Erratis graviter, si talem de me habetis opinionem, sed animæ meæ vel iniqua loqui, vel non intelligere quid pravum aut vitiosum sit.**

Septuaginta legunt: *Non est enim in lingua meâ iniquitas; aut facies mea nonne intellectionem meditantur?* Ubi iure merito Job, et quidem absque jactantia, omnem à se linguæ lapsum et errorem removet, cum ipsiusmet Dei testimonio non peccaverit labiis suis; quod perfecti omnino viri iudicium et insallibile argumentum assignat Jacobus in Canonica sua dicens, cap. 5, 2: *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, etc., ubi fuscè ac pulchre Apostolus ille bona et mala linguæ prosequitur, ac virtutis summam in ejus rectâ moderatione sitam esse ostendit. Vide que hæc de re supra cap. 1, vers. 22, et cap. 2, vers. 10, annotavimus. Hic tantum observa facibus usitatâ Scripture phrasi attribui id quod mentis et intelligentiæ proprium est, scilicet *meditari aut intelligere, ut nimirum rationis ac sermonis cognatio ostendatur, atque hic ut bonus sit meditatio opus esse significetur.**

## CHAPITRE VII.

1. Car la vie de l'homme sur la terre est une guerre continuelle; et ses jours sont comme les jours d'un mercenaire, qui se passent tout entiers dans la peine et le travail. Tels sont aussi les miens.
2. Comme d'habitude un esclave fatigué soupire après l'ombre pour se reposer, et comme un mercenaire attend avec impatience la fin de son ouvrage;
3. Ainsi se passent en ma vie des mois vides de toute satisfaction, et des nuits pleines de travail et de douleurs, qui me font toujours désirer un avenir, où j'espère trouver un repos que je ne rencontre jamais.
4. Car si je m'endors, ou plutôt si je me couche pour dormir, je dis aussitôt dans les douleurs que je ressens: Quand me lèvera-t-il? Et étant levé, ne trouvant point de soulagement, j'attends le soir avec impatience; et le soir ne vient pas plus favorablement, je suis rempli de douleur jusqu'à ce que la lumière du jour ait succédé aux ténèbres de la nuit.
5. Ma chair est couverte de pourriture et d'une sale poussière; ma peau est toute sèche et toute ratée.
6. Mes jours heureux ont été tranchés plus vite que le fil de la toile n'est coupé par le tisserand; ils se sont écoulés sans me laisser aucune espérance de les revoir jamais.
7. Souvenez-vous, Seigneur, que ma vie n'est qu'un soufflé; et que dans les nuages dont vous m'avez baignés, je ne vois aucun retour pour un temps favorable.
8. Celui qui m'a vu jusqu'à cette heure, ne me verra bientôt plus, parce que vous avez arrêté sur moi votre œil sévère; et ainsi je ne pourrai subsister devant vous, je périrai entièrement.
9. Car, comme une nuée se dissipe et passe, sans qu'il en

qui descenderit ad inferos, non as cendet.

10. Nec revertetur ultra in domum suam, neque cognoscat eum amplius locus ejus.

11. Quapropter et ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei : confabulabor eum amaritudine animæ meæ.

12. Numquid mare ego sum, aut cæcis, quia circumdedisti me carcere ?

13. Si dixerò : Consolabitur me lectulus meus, et relebor loquens mecum in strato meo :

14. Terrebis me per somnia, et per visiones horrore concuties.

15. Quamobrem elegi suspendium anima mea, et mortem ossa meæ.

16. Desperavi, nequaquam ultra jam vivam : parce mihi, nihil enim sunt dies mei.

17. Quid est homo, quia magnificas eum ? aut quid apponis erga eum cor tuum ?

18. Visitas eum diluculo, et subito probas illum :

19. Usquequò non pareis mihi, nec dimittis me ut glutiam salivam ?

20. Peccavi, quid faciam tibi, ò custos hominum ? quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihi metipsi gravis ?

21. Cur non tollis peccatum meum, et quare non auferis iniquitatem meam ? ecce, nunc in pulvere dormiam : et si manè me quæsieris, non subsistam.

COMMENTARIUM.

VERB. 1. — MILITIA EST VITA HOMINIS SUPER TERRAM; ET SICUT DIES MERCENARI DIES EJUS (1). Præclarè, meo

(1) De N23, conditionem, scilicet, stationem molestem ac laboriosam significante, vid. not. ad Isa. 40, 2, quo loco eodem significato dicitur. Syrus verit, tempus. Videlicet N23, quod propriè exercitum et militiam significat, tum et ipsum militie tempus, quanto tempore quis meret et stipendia militaria percipit, h. l. et recentiorum interpretum laud pauca pro stato et prescripto temporis spatio et prescripto termino sumi putant. Ita Mercenari, qui Jobum existimant dolorem suum amplificare ex vite humane tantà brevitate, q. d. : Quidni de mali mei gravitate querar, quum olim Sapientes apud Stobæum Serm. 119, *επιθυμῶν*, hoc est, natalem uniuscujusque diem, appellarent *ὁ δὲ ἀρχὴν ἡμερῶν, tanquam principium certaminum*, ut sagaciter Themistius animadvertit. « Quid est mundus

reste de trace, ainsi celui qui descend sous la terre, ne montrera plus pour l'habiter de nouveau.

10. Il ne reviendra plus jamais dans sa maison; et le lieu où il était dans le monde ne le reconnaîtra plus.

11. C'est pourquoi, n'ayant plus qu'un moment à me plaindre, je ne retiendrai pas ma langue plus long-temps; je parlerai dans l'affliction de mon esprit, je n'entreprendrai dans l'amerume de mon cœur.

12. Et je dirai au Seigneur: Suis-je une mer en furie, un monstre insubmersible, ou une baleine dangereuse, pour avoir été enfermé par vous dans les maux qui m'environnent, comme dans une prison étroite? Et pour m'empêcher de vaguer la terre, et de dévorer les hommes, fallait-il m'accabler de douleurs et de violences et de continuels malheurs?

13. Car si je dis en moi-même: Mon lit me consolera; et m'entretenant avec mes pensées, je me reposai sur ma couche;

14. Des que j'espère y prendre quelque repos, et m'abandonner au sommeil, vous me tourmentez par des songes épouvantables, et vous me troublez par d'horribles visions.

15. C'est pourquoi je choisissais plutôt de mourir d'une mort honteuse et violente; et il vaudrait mieux pour moi que mes os fussent tout d'un coup réduits en poudre, que de continuer plus long-temps des maux si extrêmes, et qui me conduisent infailliblement à la mort.

16. Car j'ai perdu toute espérance de pouvoir vivre davantage. Épargnez-moi donc, Seigneur, puisque mes jours ne sont qu'un instant devant vous.

17. En effet, qu'est-ce que l'homme, pour mériter que vous le regardiez comme quelque chose de grand et de puissant, dont la défaite puisse vous être glorieuse? et pour quoi daigniez-vous appliquer votre cœur sur lui, et lui donner des marques de votre amour et vous souler ensuite en faire l'objet de votre colère, et le traiter comme votre ennemi?

18. Vous le visitez le matin, en le combattant de bien au commencement de sa vie; et aussitôt vous le mettez à l'épreuve, en l'accablant de maux.

19. N'est-ce pas ainsi que vous en avez usé avec moi? Jusqu'à quand, Seigneur, différez-vous de m'épargner et de me donner quelque relâche, afin que je puisse un peu respirer?

20. Je confesse que j'ai péché; mais que ferai-je pour vous apaiser, ô Sauveur des hommes? ma faiblesse et mon impuissance. Pourquoi donc, vous qui ne voulez point la perte de l'homme, m'avez-vous mis en but à tous vos traits et dans un état où je suis à charge à moi-même, me trouvant accablé de maux que je ne puis supporter?

21. Pourquoi, après m'avoir puni avec tant de sévérité, n'ôtez-vous point encore mon péché, et ne pardonnez-vous point mon iniquité? Je vais m'endormir dans la poussière du tombeau; et ma mort est si proche, que si vous me cherchez demain dès le grand matin, pour me donner quelque soulagement, je ne serai plus au monde pour le recevoir.

quidem judicio, magnus athleta Jobus, totus et ipse sub armis sudans, divinitus illuminatus asseruit, nostram vitam omnem super terram nihil esse aliud nisi castra, bellum, militiam, vel, ut in Greco est, *μαχηρικόν, tentationem*, seu locum tentationis, aut exercitum piraticæ, vel locum piratis infestum. Itaque nascitur ad laborem, ad lectam, ad tentationem, ad militiam, ut divine tubæ canunt: vix lucem vidimus, cum vidimus hostem, et undique frementium copiarum hastas in cervicem intentas, igneaque sigillatim tela vibrantia. Quamobrem excellenter Græcica olim Sapientes apud Stobæum Serm. 119, *επιθυμῶν*, hoc est, natalem uniuscujusque diem, appellarent *ὁ δὲ ἀρχὴν ἡμερῶν, tanquam principium certaminum*, ut sagaciter Themistius animadvertit. « Quid est mundus

« Si hoc *επιθυμῶν* vel *ὁ δὲ ἀρχὴν ἡμερῶν*, Seneca dixit: *Sine missione nascitur*. Ex miseris vite humane vult ostendere Jobus, non frustra abs se mortem optari. » Grotius. *וַיֵּשֶׁב* Et sicut dies laboris scilicet et molestiam pleni, ut infra 10, 5. *שֶׁכֶר מֵרְצוֹן*, qui duro labore pro mercede victum querat, conf. infra 14, 16. (Rosenmüller.)

« inquit S. Ambrosius in Genesis ad Horontianum? » nisi quidam agnom plectus certaminum? » Vult mundum circum esse agonomem, palastram, pulverem Olympicum, arenam cretore purpurascetem, ubi certent, ut alio in loco dicit idem S. Pater ad Psal. 56: *μαχίαι, ἐγρήσθη, πύκτα*, vel, ut ait Origenes in eundem Psalmum, *μαχίαι, ἀγώνια, ἄδης*, hoc est, omnes ætas; sic ut nec pueri eximii sint et liberi à contentione: subito atque lux emicat rationis, in hunc agonomem ingrediuntur cum pammachis sævo ardore frementibus, cum pycis malevolis et robustis dimicant, sæpè laceris capitibus cruentantur: ubi cum sudent omnes et contentant, pauci tamen inventiunt quos possis nominare *ἀκατάβητοι, ἀνεπιγνώσιμοι*. Ita enim pugiles animosiores et præstantissimos appellari consuevit prodit libro de Providentiâ S. Chrysostomus. Agom denique est, in quo nulla sit liquida hebetitæ voluptas; sed qui sit plenus certaminum, uno verbo, multis et perennibus tentationibus refertus.

Porro genus hoc belli, ut Græci dicunt, *ἀσπιδίου*, federis seu iudicium expers et irconciliabile existit, tamque diuturnum quam longa est humana vita. Præclarè Seneca è penu hauriens philosophiæ epist. 51, dixit: « Nobis quoque militandum est, et quidem genere militiæ, quo nunquam quies, nunquam otium « datur. » Hoc ille dicit doctus à Stoicis, qui cum signa virtutis sequerentur, solas habere videbantur inimicis voluptates, cum quibus armis Philosophiæ configerent. Unde subdit: « Debellanda sunt inprimis « voluptates. » Quid legitur si christianis oculis videre hostes animi potuissent, quantâ asseveratione dixisset nullas pacis conditiones, ac ne inducias quidem esse posse? Verumtamen ipse dixit, ut etiam ex rescripto principali Ulpianus *π. de feriis*. l. 9, cum generatim pronuntiat « in militia nullas ferias et vacationes admitti. » Sed divinitus sanctus Chrysostomus in Psal. 6, cum militiam nostram intueretur: « Hoc genus, inquit, belli non patitur *ἀσπίδος στρατηγὸς δὲ αὐτῶν*, sine armis videatur. » Semper Hannibal stat ad portas, intus, foris periculum est, et ubique hostis: qui nunquam periculosissimus occurrit quam cum putatur absens, et tunc vehementius oppugnat, cum se persuasum non pugnare. Hæc stultâ persuasione delusus impiè Jovinianus docebat Christianos, qui baptizati sunt, nullo modo à diabolo tentari posse. Quam demeritis animi delirationem D. Hieronymus, multarum palmarum et coronarum pugil, lib. 2, in Jovinianum potentissimè gloriosissimèque refutat. Et sæ mirandum est fanaticum illum tam cæcum improvidumque fuisse, ut non viderit, quod divini Codicilli tam perspicuè et disertè, quod Ecclesiæ Patres, et omnium temporum Sapientes, quod experientia ipsa comprobatur omnium voce et monitione constat tentationes velut in insidiis ubique subsidere, ubique occurrere, et à fronte, à tergo lateribusque in jugulum involare. Atque hoc ipsum Ecclesiastici auctor in scholâ dei doctus splendido in emblemate suis coloribus admirabiliter expressit: pingit enim hanc vitam ut viam quamdam laqueis interspersam frequentibus, et sti-

mulis horrentibus acuminatam, perentium luctu et dolore funestam; per quam omnibus ingrediendum est usque ad illum diem, quod è corporis domicilio emigrabimus; ad eandem pietatem hoc addit Epigramma: *Scito quantum in medio laqueorum ingredieris, et super dolentiam arma ambulabis*, Eccli. 9, 20, 0 viam impeditam et periculosam! in qua nostra eò magis est miseranda conditio, quod eos laqueos in nostram perniciem structos luminibus oculorum non videmus: quæ res nobis magnum sine dubio motum incuteret, et mentem pavore completeret. Itaque expendit illam sententiam graviter sanctus Chrysostomus hom. 15 ad populum; et animadvertit non sine causâ dictum fuisse à Sapiente *Ἐσθίοντες, scito, agnosce*, non autem *vide*: quod ipsi laquei tantum mente et intelligentiâ percipiuntur, nulliusque oculis ad gordios illos funium et laqueorum nodos pervadit ita callidè totâ viã positos, ut lecti sint, et autem Doctor ait, obambrați modò lucri et blandiæ voluptatis illiisio, necq̄ alterius commodi et fucati boni delinimento; nec vacare præterea dicit, quod ponitur: *In medio laqueorum transis*; quod ex omni parte voragine et forcæ et pericula insunt. Processit quispiam, inquit, in forum; vidit inimicum, exarsit ex solo aspectu; vidit amicum honoratum, invidit; vidit pauperem, contempsit; vidit speciosam mulierem, et captus est. Et uxor sæpè non advertentibus laqueis facta est, sæpè filii, sæpè amici, sæpè vicini, etc. Adit Ecclesiasticus: *Et super arma dolentium ambulabis*. Ita quidem noster habet Interpres, qui videtur in Greco legisse *ἐπὶ ἀσπίδων ἐλάξ, super dolentium arma*; sed jam Græca habent, *ἐπὶ ἀσπίδων πόνους, supra civitatum pinnas ambulabis*. Utrumque peropportunitum est ad periculi magnitudinem intelligendam, quæ assidue in humanâ vitâ cingimur. Nam cum dicit unumquemque super arma dolentium ambulare, significat omnes in vitam ut in campum horribilium duellorum ingredi, ubi strati propè innumeri bellatores, et in sanguine suo volutati, ad hoc tantum spirent, halitumque tenent retineant, ut cladis sue atrocitatem, vim et robur crudelissimorum hostium tescerent. Ubicumque pedem ponimus, *super dolentium arma* ingredimur, ut eorum genuitis et lamenta, qui Satane furentis impetu et tentatione victi prostratique jacuerunt, nos commoneant, ne scordis animi perfiditâ et languore in eandem calamitatem incidamus. Vel sanctus auctor per dolentes intelligit dæmones inviditibus corruptos, qui vehementissimè doleant nos sanctimonie operam dare atque virtutibus, et continuo studio in ealium rapi: hinc crudelis eorum insiditæ et stratagemata è hellicâ disciplinâ petita, ad quæ locus hic divinæ Scripturæ alludit. Solebant enim callidi hostes eam frandem sæpè machinari, ut omnes aditus atque vias stipitibus acutis, tribulis et cippis completeret levi terrâ obductis, artificio simulato; et potenti ad eadem inferendam. Nam palantes inimici dolique inscii liberibus volitantes in acuta illa instrumenta nec opinantes incurbant, pedibusque foedè laceris debilitantur. Hos ergo ferreos stimulos, pos acutos murices, arma dæmonum

vocat Ecclesiasticus, atque: *Super arma dolentium ambulans*, super hostium tela ubique sparsa atque horrentia, hoc est, inter inimici tentationes, perniciem et funestum casum minantes ubique ingrederis; ut constet, quanto in vite salutisque discrimine versetur. Hoc eleganter illustravit in hunc modum Salvianus, lib. 6: «Sicut exercitus pugnaturus ea loca per que venturas hostium turmas sciunt, nunc foveis interciedere, aut sudibus præfigere, aut tribulis infestare dicuntur; scilicet ut etiam non in omnia ea quispiam incidat, nullus tamen penitus evadat: cita etiam demones tam multas in vitâ istâ humano generi illecebrarum insidias præciderunt, ut etsi plurimas earum aliquis effugiat, tamen quæcumque capiatur.» Verum, ut divi, Græca lectio hujus loci hæc est: *Ἐπὶ ἐπιβόλων πλοῦτος*, *Super pinnas civitatum ambulans*; et ita legunt Græci omnes Patres qui hoc effatum attingunt. Sunt autem ἐπιβόλοι: pinna murorum, vel turrium summa partes vulgo in acumen desinentes. Itaque hoc loco scriptor eruditus adhibet pulchram et ingeniosam dicendi imaginem, ut periculum hujus vite et formidolosissimi temporis conditionem ante oculos subjiciat. Supra, inquit, murorum fastigia, supra turrium pinnas sublimes et acuminatas ingrederis: si titubas, ruis; si non titubas, in acumen tamen irruis; vix moveri potes sine damno; quandoquid vix periculis; quot passus, tot discrimina, tot imminet mortes, tot præcipitia, tot fati metuendi fauces aperiantur.

Sed ecce pugil noster Olympionices clarus Deo Job vite nostræ periculis, tentationibus inquietæ et obesse quotidianis periculis aliâ in imagine hæc non in mari quidem loco unum tutum esse putamus. Hæc enim est illius viri divinitus afflata vox: *Pirateriam est vita hominis super terram*. Ita secundum Septuaginta hunc locum vertunt clarissimi duo Pontifices, et sanctæ eruditione præditi, Ambrosius Mediolanensis et Maximus Taurinensis, qui hoc vite hunc curriculum dici *pirateriam* volunt; quòd in hac vitâ circa homines diabolus tanquam pirata deserviat; *pirateriam* enim habitaculum piratarum esse. Itaque significat improbissimum Satanam, quem D. Paulus Mundicentem Tertullianus stylo nominat, esse magnum et furiosum Archipiratum, qui decetam prædonum manum ubique habeat, piraticis lembis dromonibusque volitantem; sic ut à tergo atque lateribus clausi undique teneatur. Gram solvere, aut coronato navigio in portum succedere nemo potest sine pugna, sine jactura periculo et contentione. Hinc perfosse plurimorum naves, depressa bona consilia, spoliata non puppes, sed virtutes, consecuta naufragia; quorum etiamnum tabulas miserè fluitantes videre licet.

Quid intestinum illud bellum commemorem, quod à carni ingeritur, continuum, sociale, periculosum, cui regia mens et nobilis Dei cognatione plerumque succumbit? Propter quod impij Manichei non recordi minùs judicio quàm scelerato consilio asseruerunt

corpus humanum à malo demone, non ab optice rerum omnium Deo generatum; quorum dementia confutant Patres, et destinatò quidem eruditissimus Augustinus, qui, lib. 4 de Civitate Dei, et uberi et gravissimâ oratione docet falli eos, et errare vehementer, qui putarunt omnes motus vitiosos et inordinatas animorum affectiones è corpore tantum existere, nec esse causam, cur illud esse malum opinarentur; vitia enim et depravatas animi commotiones ab utraque parte, à toto videlicet homine proficisci. Non desunt hæc mandaret suis ad contumendam insanientium hominum audaciam, qui parenti omnium Deo contumeliam inferebant. Sed negari tamen non potest, quin pars magna vitiosorum affectuum à corporis societate et contagione velut à fonte promanet. Nam Gregorius Theologus carmine decimo octavo carmen vocat *παθῶν ῥίζην*, *radicem perturbationum*. Et sanetus Basilius homil. 24 ait à corpore adversus animam *ἐπιβόλου ἐγγυεσθαι*, *inimulus et perturbationes existere*. Hinc doctissimi viri in omnibus propè corporis membris alicujus perturbationis seminarium posuerunt. Nam medici (ut auctor est Lactantius, lib. 6 Instit., cap. 15) dicunt lætiæ affectus in splene esse, iræ in felle, libidinis in jecore, timoris in corde. Hoc affectus liberator vite nostræ Deus ut Jebusæos in beatissimâ terrâ promissionis, sic in animo restare voluit, qui hostili et quotidiana impressione cautionem industriamque nostram acuerent, ne quando falsâ et præposterâ securitate perniciem ipsi nobis adduceremus, et haberemus quoque è pugna segetem et materiam insignium triumphorum. Quatuor autem sunt sunt principes et tribuni velut militares in contrario exercitu, quorum tela vibrantesque gladios sæpè experimur, et à rege poetarum ita pinguntur:

*Hinc metuunt cupiantque, dolent quæ dæduntque.*  
Non desunt è genere omni scriptorum illustrum qui quaternione istum affectuum doctis imaginibus expresserunt. Ponam hic tantum Aristonis magni viri et à sophiæ tabernaculo prodeuntis areomæ, qui eleganter quatuor animi perturbationes vocat *τετραχόρδον*, *tetrachordum*; illius hoc dictum laudat Clemens Alexandrinus, lib. 2 Stromatum sic scribens: «*Ἡρεμία δὲ τὸν τετραχόρδον* (nisi legendum sit *δὲ τὸν*, perniciosum) *ἰδὲ τὸν, ῥέπον, ῥέπον, ἐπιβόλων πολλὰς δὲ τὴν ἀποκρίσεις καὶ πόσους*. Adversus totum tetrachordum, «voluptatem, inquam, dolorem, metum, et cupiditatem exercitatione magnâ et pugna opus est.» Magnam pugnam ille denuntiat, bellum atrox et intestinum, quòd animi eror sæpè et miserandum in modum spargitur. Verum inde jam à mundi initio corrupta natura classicum illud cœcinerat pyrrhoro et clarigato Deo: qui cum primùm nos, immane scelus! innocentiæ præsidio spoliavit, claudè indixit bellum, insidias, subjugationem, mortem, interactionem. Ponam inimicitias: *insidiaberis calcæneo; conteret caput: sub te erit appetitus, etc.*, Genes. 3. Neque verò in hoc bello tantum illi quatuor sunt, quos nominavi velut tribunos militares; nam magnum exercitum se-

cum rapiunt, atque instar Abrahami ducunt vernaculos domi natos, et isdem parentibus generatos. Egritudinis vexillum sequuntur invidentia, æmulatio, obretractio, angor, luctus, moeror, ærumma, dolor, lamentatio, sollicitudo, molestia, afflictio, desperatio, etc. Metus secum rapit terrorem, pudorem, pigritiam, exanimationem, conturbationem, formidinem, etc. Sub aliis stipendia faciunt malevolentia, lætans malo alieno, delectatio, jactatio, gloriæ cupiditas, mulierositas, ira, excaecescencia, odium, inimicitia, discordia, pervercacia, et aliud vulgus infinitum, quod numerari et distingui vix potest. Hæc omnes affectiones, ut plurimum demonis stipendiaria et fulminatrices legiones, ferro et igni armatæ furiosissimè bæchantur, volitantque nigrum vexillum ferentes, ut stygio duci auctoritas intelligamus. Et quidem ille, quem paulò ante nominavi, Clemens, ibidem ait animi perturbationes esse *δὲν ἀκαταρραγίσματα τῶν ψυχικῶν δυνάμεων*, *velut obligations potestatum spiritualium*, adversus quas nobis est colluctatio. Opinor, vir doctus alludi ad stigmata et notas quæ militibus inrebuantur, quas S. Chrysostomus homil. 5 in epist. 2 ad Corinthios vocat *σφραγίδας*. Prudentius lymno 1 sphragidas; sanetus Augustinus lib. 1 Contra Crescentium, cap. 50 regium characterem; quod imperatorum nomen exprimerent. Quasi dicat perturbationes Satanz esse characteres, quibus sibi militatus insigniat, et earum impetu atque armis gloriatur.

Defugere hoc bellum contentionemque non licet, nisi preni durissimâ et intolerandâ servitute velimus. Irrunt enim in nos, et impressionem veluti militarem faciunt, aut potius instar vulgi seditiosi, quod telis facibusque armato cupit in arcem irrumperè. Et quemadmodum apud Evagrium in Historiâ, lib. 4, cap. 15, plebs Constantinopolitana seditione furens tesseram habet *vix, vince*, cum in communem perniciem immineret: ita singule perturbationes hoc videntur habere propositum, ut vincant, et mentem atque rationem de gradu potestatis et gloriæ suæ deturbent. Itaque monet sapienter Methodius apud Epiphanium heresi 64, bellandum esse adversus cupiditates, nosque similes esse militibus qui obsidentur, quibus, si minimum de vigilantia constantiâque remiserint, inimico ferro sit perendum. Hoc nimivum esse *στῆδον ἄστατον*, *invisibile stadium*, palestra illa laboriosa periculisque plenissima, formidandum amphitheatrum; in quo dicit Isidorus Pelusiota lib. 1, epist. 4, nos in omni vitâ versari, et dimicare non cum feris, quæ oculis cerni possint, sed *voracis*; *ῥέπον*, *cum perturbationibus, quæ animo et ratione intelliguntur*; si nos, inquit, superent, anima mortem accersunt; sin autem superentur, consequemur ingentes coronas et gloriose laudis prædicationes. Plura de hoc perturbationum bello vide apud Cresollum nostrum Mystagogi lib. 4, c. 4, è quo hæc potissimum attulimus; quæ luculenter satis confirmant verè militiam esse vitam hominis super terram. Itaque sic debemus cogitare *Ducem* nostrî exercitûs esse Deum;

*militiam vitam Christianam; bellatores homines, testes Dei voluntate; arma pias precesiones et pulcherrimas actiones; hostes diabolum, mundum, carnem; cladem peccatum; victoriam verò virtutem; præmium denique gratiæ torquem, et coronam immortalitatis; quæ cum legitime certantibus in mercedem laborum strenuè exaltatorum obtingat, aptè subjungit:*

ET SICUT DIES MERCENARIÏ DIES EJES. Tempus vite nostræ simillimum esse dicitur, quo mercenarius laborat, ut vespere mercedem accipiat: habet nimivum ille tempus labori præstitutum; ejus finem avidè expectat. Unde à quovis faciliè perspicitur potest quàm aptè coherent cum militiâ hominis mercenarij similitudo. Quid enim poscit aut cupit miles, quem tot agones, et tot ictus, tot pericula perturbant, et propemodum exanimant, nisi à malis pererrimis et molestissimis eripi, et ad mercedem, hoc est, pacem bello partam, demùm peringere? Mercenarius portat pondus diei et astæ, juxta phrasim Evangelicam, Math. 20, 12; laboreque improbus cum ad requiem exoptandam vehementer impellit, quod versu proxiimo confirmatur.

VERS. 2. — SICUT SERVUS DESIDERAT UMBRAM, ET SICUT MERCENARIUS PRÆSTOLATUR FINEM OPERIS SUI: — VERS. 5. — SIC ET EGŌ HABEO MENSES VACUOS, ET NOCTES LABORIOSAS ENUMERAVI MIHI (1). Quemadmodum,

(1) Hunc versiculum, et penè hæc omnia, intelligi, ut et ad omnes homines, maxime ad calamitosos, et ad Job postea specialiter accommodatur.

(Mercurius.)  
Job capitulum 7 h. l. non efficitur *ἀκρίβως*, similitudinis vers. 1, 2, proposita. Per se stat vers. 2: *Uti servus, sic mortalis, anhelat umbram*; et ut mercenarius, ita expectat usque et usque exoptatum laboris finem. Subnectitur jam 7, sic, quo generalem hominis conditionem ad se applicat. Nam, ut supra 5, 7, dixit, quemadmodum mortalis omis ad laborem et anxietatem natus est, et, ut ait Ecclesiastes 2, 25, omnes ejus dies sunt labor et molestia, ita de communi hæc hominum hæreditate et suam sibi portionem accepisse queritur. *וְיָרֵךְ הָרֵשֶׁתִּים הַפְּתוּרִים*, quasi coactus, suum. Formula est à momento Schultensio, Arabibus per familiaris, quæ signanter exprimit non bonæ tantum, sed et mala, in propriam quandam ac perpetuam possessionem alicuj venientia. Conf. infra 20, 29, 27, 13. Cæterum *וְיָרֵךְ* quom sit passivum, *וְיָרֵךְ*, menses, quod sequitur, non est accusativus, quom passiva non sint transitiva; sed ante *וְיָרֵךְ* subaudiendum est *וְיָרֵךְ*, *hereditatus sum de mensibus*. Menses verò pro temporibus calamitosi. *וְיָרֵךְ* et *וְיָרֵךְ* ut supra 5, 6, 7, *וְיָרֵךְ* *וְיָרֵךְ* molestiam et ærummam significant. *וְיָרֵךְ*, Noctium meminit, quod eo maxime tempore homines, quom mens libera est, sua negotia et ærummas animo volvere soleant, et agris ac miseris si illud tempus maxime infestum, quom nulla occupatione districto, toti sunt in cogitandis malis suis. *וְיָרֵךְ* non est *manerant* reddendum, quod in cal significat, sed *constiterunt, assignantur*, qui est forma piel significatus; conf. Jon. 2, 1. Dan. 1, 10, 2, 1. Tertia activi pluralis persona h. l. impersonaliter pro passivo accipienda est. (Rosenmuller.)

Ceux qui n'ont pas assez pénétré le sens de ce qui a précédé, ne peuvent rien comprendre dans l'application que se fait Job de ces comparaisons, au lieu qu'elle est très-naturelle, et en même temps d'un sens très-profond, en supposant ce qui a été dit jusqu'ici. Je ne suis pas à mot, et mon état ne dépend ni

inquit, is qui à duro atque moroso domino in ipso astatu ardore intolerabili servitute premitur, umbram desiderat, quæ astuantem refrigeret : et sicut qui ad diurnum laborem mercede conducitur, cui non permittitur pars ulla diei à labore vacua, finem desiderat diurni laboris ac pensi; sic ego diebus ac noctibus, in quibus non mitius exercebar quam mercenarii ac servi, quietem aliquam tanquam mercedem et umbram desidero; quam quia non invenio, dies me ac noctes laboriosas et mercede vacuas habuisse puto. Ita Sanctius notost.

Et certè fatendum est præmiorum spem multum

de ma volenté ni de mon choix. Je ressemble à un soldat à qui l'on a marqué son poste et sa fonction; à un esclave à qui l'on a ordonné un certain travail; à un artisan à qui l'on a commandé un certain ouvrage. Je suis lié par l'obéissance et par le devoir. Je ne puis ni me plaindre de mon partage, ni faire changer ma situation, ni abréger mon travail. Je suis certain qu'il ne sera pas sans récompense; mais elle est différée, et je vois les mois se succéder les uns aux autres, sans qu'elle arrive. Ils sont en apparence inutiles et sans fruit. Mais je n'ai pas été consulté sur le temps que mon travail durerait. Il finira quand il plaira à celui qui en a fixé le terme. Les hommes ne voient que mes souffrances. Ils en supplant la durée. Ils sont scandalisés des délais et des retardements de Dieu. Je souffre en vain selon eux; je souffre sans espérance. Mais le jour n'est pas fini, et j'en dois porter tout le poids jusqu'à la nuit. *Sic et mihi pro hereditate dati sunt menses vacui.* Ainsi j'ai en pour mon partage des mois vides et stériles. *Et noctes arduissimas constituerunt mihi.* Et des nuits fatigantes et pénibles m'ont été ordonnées. Ce qu'il y a de différent entre mon état, et celui d'un soldat, d'un esclave, d'un artisan, est que la nuit est pour toutes ces personnes un temps de délassement et de liberté, au lieu qu'elle est pour moi un nouveau genre de supplice. Mais je sais que les nuits, avec ce qu'elles ont de plus pénible, ont été réglées par la même volenté que les jours, qu'elles ont été complètes, que le nombre en est fixé, quoiqu'il me soit inconnu, et que ce que je puis conclure d'une si dure et si longue épreuve, est qu'il a plu à Dieu de me partager autrement que le commun des hommes, dont les travaux cessent avec le jour. (Duguet.)

Ainsi se passent dans ma vie des mois vides et sans fruit, et des nuits pleines de travail et de douleur. — Job se compare à un ouvrier qui est obligé de porter, selon la parole de ces ouvriers dont il est parlé dans l'Evangile, tout le poids du jour et de la chaleur, et qui aspire de tout son cœur à la fin du jour pour se reposer et recevoir sa récompense, ou même à l'ombre de quelque arbre qui puisse lui donner quelque rafraichissement. C'est ainsi, ajoute-t-il, que ma vie se passe dans des soupirs et dans des desirs continuels, regardant et tous les jours et toutes les nuits comme vides et sans fruit à mon égard, tant que je me vois privé de ce que je souhaite si ardemment, qui est le prix éternel de tant de travaux qui ne me donnent aucun repos.

Quoique le dessein de Job soit de tracer une vive image des douleurs du corps et des inquiétudes de l'esprit qu'il souffrait dans cette terrible extrémité où il se trouvait réduit, rien n'empêche néanmoins qu'on n'applique ses paroles aux autres hommes, qui étant justes comme il était, se regardent comme étant en un exercice continuel de tentation et de guerre; qui ne peuvent trouver de repos dans une vie durant laquelle ils aspirent continuellement à une autre; et à qui la foi fait envisager tout le temps qu'ils passent dans ce corps mortel, comme un temps vide et sans fruit, en comparaison de l'éternité qui remplit leur cœur.

(Sacy.)

juvare ad pie vite labores subeundos, et exorbendas graviores difficultates, que in via Dei sepe occurrunt. Itaque S. Gregorius Magnus, lib. 8 Moralium, cap. 5, eleganter ait Christianos « remuneracionis finitio sudores laboris sui tergere; » dat exemplum in D. Paulo, qui longissimum texti catalogum earum acerbissimam, quas in omni propè vite patiebatur, quibus aliquando gravabatur supra modum, supra virtutem, ita ut taderet etiam vivere: quod vehementer animi vexationem et ærummas inexplicabiles ostendit: in iis tamen solabatur animum suum, et dejectum erigebat, quòd non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis, Rom. 8, 8. Lux illa future gloriæ in mediis laboribus intermicans offusas menti nubes et merorem animi discutiebat; adeo ut pius ardor generoso conatu se ad nova certamina et triumphos liquida spe renovaret. Quomodo modo in multiplici tempestate, et decemannis fluctibus, quibus tantum non obruebatur, Job patientissimus durare potuisset, nisi in diem illum experient miseriarum et felicitatis omni genere cumulatum miseriarum, post continuas ærummas di i; et sicut mercenarius præstolatur finem operis sui, Matth. 20, 4. Tunc nimirum denarius diurnus redditur, tunc audiunt stantissimam illam vocem magni Patristam illius, cuius animi liberalis magnificentia cum inexplicabili opulentia certat: *Ego ero mercès tua magna nimis*, Gen. 15, 1. Quid igitur? an hæc ipsa verba partem momenti et ponderis habuisse putamus erga fidelem Abrahamum; cui regnicum illam pollicitationem faciebat Deus? cum è penatibus suis egredieretur, qui blandimento quodam familie et naturæ dulcibus vinculis illum retinebant; cum in sinum divine se providentiæ humiliteret, ut peregrinus adiret provincias orasque terrarum, in quibus nullus à suis et patris bonis spoliatus moraretur; cum fidem immolare suum, dimidium anime suæ, et levamentum senectutis; cum sceleris omne genus cane pejus et angue defugeret, et in omnium virtutum exercitacione consensesceret, nonne ipsam aternitatem, quæ inelucta bonæ vite facinoribus desponsa est? Quod acutè D. Ambrosius lib. 1 de Abrahamo, cap. 2, animadvertit eum sit: « Sicut coarceverat fuerunt præcepta, ne quid lateret; ita etiam proponenda præmia, ne fortè despera-

ret; Quin idem ipse venerandus Pontifex morti vicinus mirabilis quodam modo reficiebatur, cum diceret se hominè Dominum habere, ad quem proficisceretur: cuius nimirum beneficentissima voluntas munerandi servos suos post quotidianos hujus vite labores magnum illi animum in omni vite cursu attulerat, vivos aculeos subdiderat ad virtutem omni studio et diligentia prosequendam. Itaque in hunc etiam modum Job durissimam ferens laborum et ærummarum servitatem mortem expetivit, non modò ut ærumnis careret, verum ut candidissimè Dei luce cumulatisinque præmio frueretur; quod significat apposita et repetita similitudine mercenarii, post diurnum laborem mercedem accipientis. Causam verò vehementer urgentem attexit aien:

MENSES VACUOS ET TEMPS LABORIOSAS ENUMERAVI MIHI. Quod ad vexationis tempus præsertim referendum est. Esi enim vita hominis justi, quantumvis bonis temporalibus affluens, vacuum quiddam sit, vacuumque hominem ipsum relinquit, æteralis dumtaxat bonis excluditur; negari tamen non potest tempus calamitatis ac derelictionis peculiari quâdam ratione inanimatem molestiorem representare, que bonis futuris implenda sit. Hi sunt menses vacui, qui non habent promptuarie consolationis plena; quos unâ cum noctibus laboriosis Jobus æquis rerum assilator recenset. Potuit autem enumerare noctes illas per tædio: nam in labore profuso non menses et noctes tantum, sed horas quoque singulas agroti percensent: potuit quoque præ rei æstimatione, cum hora singula sempterno remuneratione essent et repensanda: quod cum mercenarii similitudine miritico cohercet. Quemadmodum enim mercenarii dies omnes diligenter numerantur, ut laboris præmium persolvatur; sic hominis cujusque dies omnes ad calculum vocantur, ut operum, cogitationum verborumque omnium stipendium reddatur. Discant Reges Principesque viri famulorum numerare annos: discant præclara numerare opera, ut meritis illa præmia afficiant. Ita Assensur Rex jussit sibi afferri historias et annales temporum priorum, ut redderet pro meritis præmium Mardochoo. Discant quoque ceteri omnes qui aliorum operâ utuntur, et dies operatorum numerare, et debitam illis mercedem citò dare: sic Patrifamilias operarios conducit, mittitque in vineam suam; eadem vero die mercedem debitam solvit. Imitare hunc Patremfamilias, operariis quod debet citò redde, ne merces retenta et fraudata ad Deum clamet. Denique ne in fine vite de teipso conqueraris, et dicas: *Ego habui menses vacuos, et noctes laboriosas enumeravi mihi*, Jac. 5; opera tua in Deum dirige, et propter ejus amorem exoroque que menses tuos impleant, et à nocte hujus vite tanquam dulcedine amoris filia laborum depellant. Nam non amore Dei, sed amore hujus seculi aliqua bona facere, vel aliqua adversa pati, vacuum est et laboriosum. (Mens enim afficitur inquit sanctus Gregorius, lib. 8 Moralium, cap. 5), et remuneracionis præmio non repletur.)

VEHS. 4. — SI DORMIRE DICAM: QUANDO CONSUBERGAS? ET REPLEBOR DOLORIBUS USQUE AD TENEBRAS. (1) Anxietatem animi corporisque intolerabilem eleganter describit; quippe qui longè diurni et noctium serie captus esset, nec invenisset; quod in supremis infortuniis accidere solet. Pro doloribus in Hebræo est וַיִּתְּרַם : quod propriè significat jactationibus, sed inquietudinibus, id est, curis, anxietatibus, doloribus, qui me in omnem partem agitant nocte et die, nec illam quietem capere sinunt.

(1) Quasi diceret: Opto præterisse jam noctem, quæ agris infensior ob fluxiones et dolores. Describit hic hominum inquietudinem, qui sepe noctes insomnes agunt, lucisque adventum exoptant; at ubi dies adventi, diurnis agitationibus fessis noctem rursum cupiunt; q. d. Nullum tempus homini gratum est, etc. וַיִּתְּרַם דַּם אֲבִיבִי, si pro cum, ut Num. 56, 4. Psal. 7, 15. Sic ita accipitur Joan. 15, 20, et 14, 5. Si quod composui me ad quietem.

ET REPLEBOR DOLORIBUS. וַיִּתְּרַם, et mensurat (sub. cor meum) vesperam, vel, et metitur (nempe homo in genere, de quo hæc dicitur) vesperam, i. e., tempus noctis, horas supputans, etc. Vespera pro tota nocte ponitur, ut Gen. 1, 5. Cùmque mensuram ad vesperam extendi. Sequor hic Arabicam significationem וַיִּתְּרַם quod Arab. extendere, in longum producere, quasi mensuram augere, significat. Sed et Hebræis וַיִּתְּרַם est, et extendit se. 1 Reg. 17, 21. Locum ergo sic verò, dico: *Quando surgam? sed extendit (sub. Deus) vesperam, etc.* i. e.: Quò magis opto surgere, tantò magis extendi videtur et produci vespera; lectus, qui agris solatium adferret, tædio mihi est. *Et instabilis fui vespere*, Chald. (quasi legisset וַיִּתְּרַם) *Et metienda nocte serai, et ille (sub. Deus) dimensus fuerit vesperam*. Al. *Emensuras vel, quando emensus fuerit vesperam*; sub. spatium suum, sub. וַיִּתְּרַם וַיִּתְּרַם. Et nos præterierit? Heb. *Et vespera mensurabitur? Et quando erit recessus vesperæ?* i. e., noctis? Possit hoc וַיִּתְּרַם cum sequentibus jungi, etsi athnach intercedat, ut sepe in Psalmis; *at ubi vespera, id est, nox, recessit, rursum, interdum scilicet, exsatiator jactationibus, et dicit, recessus, à דַּם, quod fugit, profugus fui.*

ET REPLEBOR DOLORIBUS, וַיִּתְּרַם וַיִּתְּרַם, et satior jactationibus, sive agitationibus (vide Dan. 6, 18), Vel, 4<sup>o</sup> diurnis, q. d.: Interdum hæc illic circum curro, ut hominum ferunt negotia, ad vesperam usque, ut jam noctem, quam horrorem rursus exoptem, quietis causâ. Quidam cum verbis præcedentibus jungunt. *Et in, vel, à recessu vesperæ, sive noctis, saturor, etc.* q. d.: Nulla mihi quies, sed vagor luc illic, negotia diurna obeundis. Vel, 2<sup>o</sup> nocturnis; quasi dicit: *Facto me hic illic in strato meo, ut solent insomnes, etc. Al. vagationibus, i. e., curis animam distrabentibus. Alii, facilitatibus, i. e., rebus aspernandis et fugiendis. Factoribus vicarum; sic וַיִּתְּרַם mensuram, sign. ab elongatione, quod ab eo abhorreamus. וַיִּתְּרַם est à דַּם agitari, moveri, vagari: וַיִּתְּרַם est removere, וַיִּתְּרַם est separare, et de pollutis dicitur.*

USQUE AD TENEBRAS, i. e., ad noctem usque: וַיִּתְּרַם usque ad crepusculum. Quidam intelligunt vel vesperitimum, sive ad finem diei, vel matutinum, ut vesperitimum à consecucione sententiarum. Ita sumitur 1 Sam. 50, 17, et Psal. 110, 117. Alias signif. crepusculum vesperitimum. וַיִּתְּרַם signif. crepusculum et matutinum et vesperitimum. Al. sic: וַיִּתְּרַם proprie est dilucidum, et opponitur hic וַיִּתְּרַם quod est crepusculum vesperitimum. Usque ad dilucidum, laboribus et doloribus fatigatus sum; quid ergo mirum, si mortem opto? Unum diem post alium, unam ex aliâ noctem, abisse cupere, quod aliud est, quam totam vitam finitam esse desiderare? (Synops.)

Topologicè hinc discere nunquam ex futuro pendere, sed tempus quocumque præsens diligenter impendere. Hanc enim unam mensuram et annorum perditionem enumerat, nempe spem semper factam ad futura; nihil de presentibus futuris, sed totus occupatur in expectatione futuri; et hinc menses et anni et secula vacua evolvant, quando in spe viventibus proximum quoque tempus elabitur. Cum enim proximum et præsens nunquam sum faciant, semper appellent ad futurum. Ita D. Thomas hunc locum exponit dicens: « Quomodo habuerit menses vacuos ostendit subdens: « Si dormiero dicam, quando consurgam? Rursus expectabo vesperam; sic semper in futurum per desiderium tendens. » Vacuum est et inane seculum illis, quibus vel præsens dies est irrita. Felix ille est, qui singulos dies singulas vitas putat, intra præsens suam componit vitam; in nullius temporis indiget; hinc ad beatè vivendum satis sunt momenta singula. Audi hæc de re Senecam Epist. 105, ita pulchrè dissecrèmentem: « Qui quotidie suæ vitæ summam manum imposuit non indiget tempore. Ex hac autem indigentia timor nascitur et cupiditas futuri excedens animam. Ille enim ex futuro suspenditur, cui irritum est præsens. Ideò, mi Lucili, propra vivere, et singulorum dies singulas vitas puta. Qui hoc modo se aptabit, cui vita sua quotidie fuit tota, securus est. In spe viventibus proximum quoque tempus elabitur. » Hoc unum itaque curandum, ne nobis irritum sit tempus præsens: cui enim præsens irritum est, totum futurum non sufficit; at cui cordi est temporis usura, et sic unam diem exegit, quasi solam illam haberet, hic non eget tempore, hic vel unâ horâ plenus dierum efficitur. Sanctus Gregorius lib. 8 Moralium, cap. 6, hunc Jobi locum de somno tribulationis exponit hoc modo; ac si dicat: *Si dormiero*, id est, si somno tribulationis premar, *dicam: Quando resurgam?* Id est: Angor animo, et summis precibus à Deo efflagio à malis eripi; ceterum à tribulatione erutus, statim video me ad mala prolabi, et in deterius vergere. *Et rursus expectabo vesperam.* Id est: Cum videam adversa me in virtute solidare, et prospera è diverso me in vitia impellere, iterum à Deo exproco, ut me in vitia premet, et æternis cretreat. « Quia in peccati somno lumen justitiæ queritur; et cum virtutum prospera mentem elevant adfuturæ adversitatis desiderat. » Sic ille. Ubi expendit cum eodem sancto Gregorio illud verbum *expectabo*. Non ait, timebo vesperam, sed *expectabo*. Ea enim timeamus que mala sunt, ea verò expectamus que nobis grata sunt. Ut ergo ostendat tribulationes et æramnas, quas justus patitur, gratas illi fore; non dixit *formidabo*, aut *trepidabo*, sed *expectabo*, scilicet tanquam rem gratissimam. Gregori verba sunt ista: « Unde nequaquam formidabo vesperam dicitur, sed *expectabo*: expectamus enim prospera, formidamus adversa. Vir igitur sanctus vesperam expectat; quia cum eum exerceri hic in tribulatione necesse sit, ipsa ei fit adversitas prospera. » Itaque nec novum nec inauditum videri debet, si dicamus justorum esse ex adversitate nil adversi pati.

O felices animæ bono in lumine justitiæ posite! que tantum abest ut irrumperis adversarii impetum formidare debeat, ut potius magnâ cum voluptate præstentur eâ alacritate, quâ egregii bellatores decora adorarum expetunt ac triumphorum.

Mysticè contemplatio somnus est, ex quo anima desiderat surgere, quando statuit ad actionem ex Dei voluntate revocata sancie et diligenter operari: sed in actione posita rursum expectat vesperam, quia ad somnum contemplationis anhelat. In eo profectò ad virtutem omnem roboratur, ad felicitatem celestibus donis decoratur, et ad unionem Deo similis rediit. Atque in hunc ferè sensum sanctus Bernardus præsentem Jobi locum exponit Serm. 57, in Cantica, agens de negotio vitæ activæ et otio contemplativæ: « Inter has, inquit, vicissitudines mens fluctuat, mecum, ne forte alteri eorum plus justo inhaerent. Et fortasse hoc S. Job. patiebatur cum dicebat: *Si dormiero, dicam: quando consurgam? et rursus expectabo vesperam.* Et quietus neglecti operis, et occupatus perturbatae quietis me arguo. Vides virum sanctum et inter fructum operis et somnum contemplationis graviter aestuare; et in bonis licet semper versantem, semper tamen quasi de malis penitentiam agere. »

VERBS. 3.—INDUTA EST CARO MEA PUTREDINE ET SORDIBUS PULVERIS; CUTIS MEA ARUIT, ET CONTRACTA EST (1). Adèò, inquit, extabui, ut corpori meo obducta fuerit.

(1) Heb. *Induta est caro mea vermicibus*, vermicibus undèque scateo ob factorem et putredinem ulcerum mororum, unde gignuntur vermes. Quod ipsum in elephantiasis hanc rem occidit, vid. Michaelis l. c., p. 62. Et aliis etiam in morbis in viris hominibus vermes ebullire notum. Exempla largâ manu suppeditata vide à Bocharto Hieros. Part. 2. L. 4, cap. 26, tom. 5, p. 520, edit. Lips. רמתי planè ut Arabicum et vermen notat, et putredinem verminantem, vid. infra, 21, 26, 24, 20, Isa, 14, 11. Alexandrinus: *φωφραται αρα το σωμα εν σαρκιζ σαρδωνων*. « רמש וער, et glebas, scilicet glebas pulveris (induit caro mea), intelligit rameata scabiei, que ex eâ abradebantur scalpendo, quia glebis similia essent que facile putrescunt et rubiginem obtinent. Vel hoc dicit, quod humi, ut supra, 2, 8, dicitur est, veluti glebis corpus obstim habere. רמש ארציז ארציזונוו glebam, scilicet massam iusti glebâ, ut Chaldaicum רמש. Vid. J. D. Michaelis suppl. p. 288 et Isagog. in V. T. p. 61, n. 6. Ita Alexandrinus: *βωδανα; γης, et Chaldaeus: Et gleba pulveris. Syrus: Et corpus meum pulvere (indutum est), quasi pro רמש legisset רמש, nisi forsam suam conjecturam secutus fuerit, propterea quod nominis רמש significatio ei ignota esset, quod mihi quidem magis verisimile. Nominis faciliè placuerit A. Schultensii interpretatio, vid. cum Arabico aestuare, efferrescere conferentis, ut verat. *Aestuatio pulveris.* Neque magis probetur H. A. Schultensii exercitus pulveris. Verba que sequuntur: *Aestuatio pulveris. Cutis mea fassa est, et crebra* scilicet ulcera; alii, *horret*, quod forsam Chaldaeus voluit שרש, et Doederlein etiam adoptavit, propterea quod in elephantiasis. Aræto et Celso testibus, totum corpus rursis asperis horret. Sed neutram significationem verbum רמש obtinet in locis V. T. aliis, aut in linguis cognatis. Posteriorum quidem inderrescondi notionem A. Schultensii stabilire studebit (in Orig. Hebr. l. 4, cap. 10, § 40 et 27, p. 446, edit. 1761) comparatione Arabici, *temescere, vibrari*, unde et verti posse dicit: *Cutis mea vibrat.* Sed parum tribuendum hujus modi etymologis ex solis litterarum transpositionibus excelsipit. Syrus: *Cutis mea contracta est, nec alter Jarchi, qui cutis mea corrugata**

rit crusta quedam purulenta, et pulvere adherente sordida. Absumptus est vitalis humor; unde cutis arida in rugas sese contraxit. Quod autem putredine dicit, in Hebræo est רמש rimah, quod vermes etiam significat: et ita vertit Vulgatus infra, cap. 17, vers. 14, et cap. 25, vers. 6. Sordes autem pulveris vocat rameata scabiei, sive furfuris, vel porriginem, ut Celsus dicit, que corpore cum se scalperet decidebat. Quod Septuaginta expresserunt vententes: *φωφραται δε μοι το σωμα εν σαρκιζ σαρδωνων*. τινος δε βωδανα γης απο υληρος φρον: « Et conspergitur corpus meum putredine et vermibus; liquefactio autem glebas terræ à sanie rams, » Vermes ergo putredini permixtos, et copiam ubi fluentis terræque perluentis Jobus oculis piis exhibet; quò pateat in eam æramnam virum justum devenisse, ut optabilior ei fuerit interitus quam vita, quâ nihil videbatur esse posse infelicius. Quam porrò putredine, scabie ac vermicibus caro ejus induta fuerit superius explicuimus cap. 2, vers. 7, ubi morbos et interpretatus est. Favet Ethiopicum *רמש, coagulatus, condensatus est.* Verùm rectè monuit J. D. Michaelis in Supplem. p. 2253, arabicè significationem, *rediti*, locis omnibus quibus in V. T. verbum רמש occurrit, optam esse, quamvis nostrum locum ubi non attingit. Is vero illa adscitâ notione ita est reddendus: *Rediti* i. e., *consanescit cutis mea, רמש, et rursus liquefacta est, sanie diffuit, manantibus ulceribus, ex rad. רמש, vid. not. ad Ps. 58, 8. Ita Chaldaeus: רמש רמש. Conf. infra ad v. 16. Vel potest verti ex radice רמש significati usitato: Abominabilis facta est, tetram speciem habet ulceribus saniosis recrudescensibus. Alii ex arabico, *illatatum fuit vulnus, ulceratum fuit, verat.* *Cutis mea ulceribus est infecta.* (Hosenmuller.)*

INDUTA EST CARO VERME, seu vermicibus, è putredine natis, vel ex ulceribus scateantibus. Significat se *רמש, רמש, et* sanè in putridis ulceribus vermes nasci solent; q. d.: Vermibus undèque scateo; vel induor, tanquam veste aut crustâ. Sic dicitur *induiti cinere, maledictione, ignominia*; vel re quavis, cujus accessione vel dedecorum vel ornatur. Sic Cicero, *in id ipsum se induit quod timebat.* Idemque in Verrem: *Sua confessione induatur et juguletur necesse est.* Porrò, in vitis hominibus vermes ebullire notum est. Vide 2 Machab. vers. 9, Actor. 12, vers. 25. Refertur et de Pheretima, Herod. in Melpom. de Cassandro; Pausan. in Bœoticis; de Impostore Alexandro, Luciano; in Pseudomane; de Galerio Maximiano Imperatore Euseb. Histor. 8, 46; de Juliano Apostatae patro Sotom. 5, 8. Alii sicut vertunt: *Corpus habeo purè obstim.* Et sordibus pulveris, רמש וער, *cutis vel pellis mea rupta se fassa, ut Isa. 51, v. 15; consumpta est, per ulcera. Al. dicescit, ut terra discedit motu.* Nam רמש est movere, et hic recipiend. De mari et terrâ dicitur, Isa. 51, vers. 15, Jer. 50, vers. 54.

ET CONTRACTA EST, רמש, pro רמש, n pro litterâ geminandâ, ut Isa. 48, vers. 2, 7. *רמש diripuerunt, pro רמש; vertunt alii dissoluta est, colligie facta est. Et tabui, רמש, Soluta est ob crebram purulentiam, et sanieum ulcerum toto corpore diffuentium. Vel abominabilis facta est, et foetida.* (Synopsis.)

ulcera recensimus, quibus sancti Patres et Interpretes à vertice capitis usque ad plantam pedis Jobi corpus optertum fuisse commemorant: quod eleganter Vulgatus Interpres hoc loco induendo verbo expressit, et quasi ob oculos ponit miserandum Jobi spectaculum in sterquilio sedentis, et testâ sanieum radentis. Nam indui propriè dicit solet in re quavis, cujus accessione vel dedecorum, vel ornatur; ut cum dicimus indui decore, magnificentia, fortitudine, etc., quia his ornatur; et è diverso, indui ignominia, confusione, maledictione, opprobrio, etc., quia illis deonestatur. Exempla passim in Scripturis sunt obvia, præsertim in Psal. 92, 1: *Domius regnavit, decorem induit est; induit est Dominus fortitudinem.* Item: Psal. 105, 4: *Confessionem et decorem induisti.* Quæ laudi dantur, sicut è contra vituperio, cum dicitur, Psal. 54, 26: *Induor confusione et reverentia.* Item: Psal. 108, 48: *Induit maledictionem sicut vestimentum.* Quo sensa etiam ipsamet Latinitas auctores eodem verbo usi sunt; ut Cicero in Verrem: « Sua confessione induatur et juguletur necesse est. » Item: « In idipsum se induit quod timebat. » Cesar quoque lib. 7 Belli Gallici: « Se ipsi, inquit, accutissimis vallibus induebant. » Et alibi: « Se stimulis inopinatissimis induebant. »

Topologicè S. Gregorius, lib. 8 Moralium, cap. 6, per putredinem hoc loco intelligit peccatum; præsertim carnis; quò dum anima induitur, illico computrescit et tabescit, quò imò et corpus, quò perpetrat, non raro infamem illam tabem contrahit, quam vulgò luem veneream appellamus, malum prorsus pudicum et foetore ac sordibus suis planè abominandum, dignum tali crimine supplicium. Ipsa sancti Gregorii verba sic habent: « Soliditate mentem voluntariè chomo deseruit, et sese in corruptionis voragine mersit; unde nunc per innumera opera labitur, vel per cogitationes illicitas fodatur. Ut enim ita dixerim, culpe suæ penaliter subdita ipsa jam natura nostra facta est extra naturam; et remissa usque ad perversa opera ducitur, restricta autem perversorum operum importuna cogitatione fuscatur. Per explorationem ergo actionis illicitæ carnem putredo afficit; per levitatem vero cogitationis improbe quæ ante oculos pulvis surgit. Consentendo vitis putredine atteritur; vitiorum vero imagines in corde tolerando sordibus pulveris fodamur. At ergo: *Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris;* ac etsi apertè diceret: Carnalem vitam, quam patior, aut etabes lubricæ operationis polluit, aut ex vitiorum memoria caligo misere cogitationis premit. » Sic ille. Eadem quoque vult cæterorum Patrum de hoc peccato sententia. Unde S. Gregorius Nyssenus, Orat. 5 de Oratione Domini, vocat illud *εργος, probam, turpitudinem, insignem deformitatem; atque summum esse malorum, atque omni supplicio luendum.* Aponius, lib. 5 in Cantica, illud idem monet, omni leprâ fediorum notam animis inurere. Nostrè vero Ordinis Fundator ac Patriarcha S. Ignatius, vir plurimis Dei donis et lumine ornatus, cum de istiusmodi corde hominis

collaret, labæ vitiorum et scelorum infecti, sibi aie-  
 rent videri pessime ulceri magno, unde sanies et pu-  
 rulentæ quadam sordes copiosè fluent, quæ foedæ  
 et horribili contagione cælo et terræ naseam ingene-  
 rant. Nilil sanè est abominandum magis beatil  
 Angelis, qui oculis præditi sunt, quibus hunc turpitudi-  
 num omnium fontem videant. Illic quævis animâ,  
 quamlibet pretiosâ sit vestigî Dei donis atque virtuti-  
 bus, et gratiæ torque venusta, simul atque se in cri-  
 men et gravis aliquid flagitium induit, tametsi cor-  
 pus purpura, gemmis et auro collocate, in temporis  
 puncto sploriatur, et tula pandit ignominiam suam,  
 quam beata mentes et fugiunt, et incredibili animi  
 sensu miserantur. Felicissimi nimirum illi spiritus  
 clarè anime statum intuentur; nos, quibus cornem  
 speculari, non videmus; alioquin futurum esset, ut  
 nequitiâ pollutos et maculosos remis atque velis fuge-  
 remus, adeo horriffica est species animæ peccatrici.  
 Obiit hoc à Deo Catharina Senensis virgo sanctis-  
 simâ, ut infinium hominum statum cognosceret:  
 quod illa in bonum vertebat, ad eos miserandos at-  
 que iuvandos, quos peccati labes inquinaverat. Quare  
 si forte in aliquem incidisset crimine foedum et con-  
 taminatum, ex illius abominandî spectri contuitu cum  
 horrorem concipiebat, et fœtore tam intolerando crua-  
 ciabatur, ut animam propè ageret.

VERS. 6. — DIES MEI VELOCITUS TRANSIERUNT QUAM  
 A TEXENTE TELA OCCIDITUR, ET CONSUMPTI SUNT ABSQUE  
 ILLA SPE (1). Hinc similis est ista Ezechielis sententia  
 in Canticò ejus. Isa. 38, 12: *Præcisâ est velut à texen-  
 te tela mea; dñm adhuc ordire succidit me.* Comparat  
 vitam humanam telæ instabili, quæ pro voluntate tex-  
 toris pectitur, aut succiditur. Vita nostræ textor est  
 Deus; in cuius manu ac potestate est vita et mors:  
 cum placet illi filium secâ, telam scindit, nec protra-

(1) Nominè מַשׁ מַשׁ multi radium texturam, h. l. putant  
 significari, vertuntque: *Dies mei leviores, velociores  
 sunt radio textoris, sive navicula, in qua textor filum  
 ponit et tramem, celerissime transmittens ab extremo  
 ad extremum, donec trama, subtegmen et filum sit  
 absorptum.* Sic Chaldeus: *Dies mei velociores sunt  
 radio textoris.* Rectè verò A. Schultens monuit, ad  
 radium texturam significandum formam מַשׁ אֲפִתְרִים  
 imuisse, nec altero, quo מַשׁ occurrit, loco, Jud.  
 16, 14, radium texturam, sed texturam notat. Ver-  
 tendam igitur: *Dies mei velociores sunt textoria, i. e.*  
*clausa manum et deoperatur, quam telâ detexturæ  
 et deoperatur.* Alii particulâ מַשׁ non comparationem  
 inferri putant, sed simpliciter à, devertunt. Ita A.  
 Schultens: *Dies mei leviores mihi sunt de telâ, i. e.,*  
*citissimè vel descendunt, vel, decurrunt mihi.* Alexandrinus:  
 In Hebræo extat infra 9, 25. מַשׁ מַשׁ. Sed pro  
 מַשׁ in aliis codd. extat מַשׁ (ut Ps. 90, 9. מַשׁ, וְיָמֵינוּ  
 מַשׁ. Et vita excubit est, quam loquela. מַשׁ וְיָמֵינוּ  
 מַשׁ. Et consumpti sunt, scilicet consumuntur defectu,  
 l. e. sine (ut Proverb. 14, 28. Dan. 8, 25) spe, i. e.,  
 ut nulla sit spes revocatum huius temporis præteritum.  
 Alii defectu filii vertunt, ut parset in metaphorâ, et  
 potest מַשׁ finis, filium reddi, Josue 2, 18. Sed præ-  
 ferri priorem sensum, quem et veteres omnes expres-  
 serunt. Vita humanæ brevitetem et celeritetem affert  
 in medium, ut à Deo postulet, saltim in eâ brevitate  
 sibi parcat, nec se ita exagitet, ut sequentia arguent.  
 (Rosenmuller.)

itur amplius quàm ipse disponat. Quidam statim post  
 ortum rapiuntur, de viro translati ad tumulum, Job  
 10, 19; quidam in pueritiâ, quidam in adolescentiâ,  
 quidam in juventute, quidam in virili ætate, quidam  
 in senectute: et nuncique periodum vitæ certam statu-  
 it Dominus, ad quam pertinet; et non proceedit  
 ulterius. Scriptum est enim: *Brevēs dies hominis sunt,  
 numerus mensium ejus apud te est: constituiti terminus  
 ejus, qui præteriri non poterit,* Job 14, 5. Unde an-  
 tiqui philosophi paganorum, ut S. Augustinus, lib.  
 20 contra Faustum, cap. 9, notavit, ad designandam  
 incertitudinem et volubilitatem humanæ vitæ, tres  
 Parvas seu tria Fata constituebant, in colu et fuso di-  
 gitisque filum ex lana torquentes, propter tria tempo-  
 ra; præteritum, quod in fuso jam emensum atque in-  
 volutum est; præsens, quod inter digitos nenis tra-  
 jectur; futurum in lana, quæ colu implicata est;  
 quod adhuc per digitos nenis sursum versus, tan-  
 quam per præsens ad præteritum trajectendum est.  
 Itaque velox hujus vitæ gyros est, et citò finitur; adeo  
 ut nenis fuso comparari possit, quod celerissime gy-  
 rum suum perficit dum circumagitur. Quid Hebræus  
 clarissè exponit ita reddens, יָמֵינוּ כְּרֵדֵי מַשׁ, *Lana  
 callu mini areq,* quod vertit Montanus, *Dies mei ve-  
 lociores radio:* Vatablus hic et Oleaster, Exodi 35, ver-  
 tunt radio tezentis; possetque bene verit, *Velociores  
 fuerunt involutorio, seu fuso filantis aut involentis.*  
 Quia nimirum vita etiam in modum fusi volvitur;  
 et citissime suos circuitus absolvit; ut breviter, sed verè  
 de hæc brevitate Phocylides, cum ait: *Ὁ βίος ἄραχτις,*  
*Vita rota* et B. Joannes Chrysostomus orat. 6 contra  
 Judæos: *ὁ βίος ἔραχτις ὡς ὁ βίος βίος,* *Vita præsens bre-  
 vis. Videtur quidem aliquibus labilis veritasque hæc  
 vita stare; sed videtur tantum, non stat; semper  
 abit, vertiturque, imò velocitè celeritèisque volvitur,  
 cum moveri non videtur. Verat qui lignum aut quid  
 aliud in gyrum, minus movetur, si oculis credas; quò  
 celeritè in orbem agitur, circuitum esse dixeris, non  
 in circuitum rapi. Item et in præsens vitæ cursu  
 accidit, citissè labitur; cum stare falso putatur, ipsa ce-  
 leritas mortalium oculis imponit. Hinc fecit possunt  
 S. Gregorij Nazianzeni verba; sic enim habet in  
 Sententis suis: *«Rota est incertè fixa, brevis hæc et  
 multiplex vita sursum movetur, et deorsum trahitur;  
 neque enim stabilis est, quantumvis illa videatur, fa-  
 ciens tenetur, et manens effugit.»* Sic ille. Decipitur  
 itaque qui vitam hanc indesinerent volvi non percipit.*

Elegant hunc Jobi locum expendit S. Gregorius  
 lib. 8 Moralium, cap. 11: *«Congruâ, hæcque, simi-  
 litudine tempus telæ comparatur; quia sicut telâ  
 «filiis; sic vita mortalis diebus singulis proficit; sed  
 «quò ad augmentum proficit, eò ad incisionem  
 «tendit. Cum enim tempora percepta præterierint,  
 «ventura breviantur: tela enim duobus lignis in-  
 «citur ut textatur; sed quò inferius texta involvitur,  
 «eò superius texenda deperitur; et unde eò ad au-  
 «gmentum multiplicat, inde fit minus quòd restat.  
 «Sic nimirum vitæ nostræ tempora et transacta quasi  
 «inferius involvimus et ventura à superioribus deper-*

camus, quia quò plus sunt præterita, minus esse  
 incipientia futura. » Hactenus S. Gregorius. Hujus  
 telæ tegmen est humana mortalitas, juxta illud Gene-  
 seosque, 5, 19: *Pulvis es, et in pulverem reverteris;*  
 subtegmen autem est humanarum rerum vicissitudo  
 et vanitas.

Moraliter locus hic mortales omnes admonet, ne  
 telas araneorum, id est, res frivolâs, texere audeant,  
 et in incerto vitæ habeant confidentiam, multa et  
 varia in posterum disponentes et mente tractantes,  
 cum tamen ignorent quid futura pariat dies.

ET CONSUMPTI SUNT ABSQUE ILLA SPE. Septuaginta  
 reddunt: *Ἀπόλασι δὲ τὸ κατὰ δὴμῶν. Perit autem in  
 vanâ spe.* Consumpti ponuntur dies absque ullâ spe,  
 et simul ipse perisse in spe vanâ: si in spe vanâ  
 perit, quomodo dies ejus perièrè absque ullâ spe?  
 An potest quis perièrè in spe, et in spe simul  
 perièrè? Crediderim ibi à Jobo duorum hominum  
 vitas representari, et simul mortes: alteram qui-  
 dem quâ moritur electus, alteram verò quâ re-  
 proborum perit. Ille ad finem et consummationem  
 dierum pervenit ita satur, ut nullam spem nec  
 cupiditatem nutriat temporalem; hic in ipso mor-  
 tis limine et vanissimas bonorum temporalium spes  
 alit, et pro illis et suspirat et angustiat, illorum  
 sustinens etiam tunc rabidissimam famem. Pulchrè  
 enim ait D. Gregorius, lib. 8 Moralium, cap. 7:  
 «Electi igitur quia presentis vitæ momenta decur-  
 rare sub festinatione conspiciunt, nequaquam in  
 hoc tante mobilitatis itinere cordis intentione figun-  
 tur. Unde subditur: Et consumpti sunt absque  
 ullâ spe. Reproborum mens erga dies vitæ presen-  
 tis tanto amore constringitur, ut sic semper hic  
 appetant vivere; quatenus, si valeant, vivendi cur-  
 sum desiderant nunquam finire: unde fit, ut sæpè  
 jam corpus molestia quatit, et vicina mors virtu-  
 tem vitalis spiritus incidat; nec tamen curare que-  
 runt mundi sunt desinant. » In mortis sunt falce, et  
 miserè alliguntur fame et siti rerum mundicialium,  
 quibus diversimodè exponunt. Ac Græci quidem pro  
 respiratione et spiritu, quem ducimus respirantes,  
 ventum hunc accipiunt. Sic enim vertunt Septua-  
 ginta, ὁ πνεῦμα πνοῦ ἡ ζωῆς: *Quia spiritus est vita  
 mea.* Unde cum Deus primum hominem creavit,  
 Gen. 2, 7: *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ,*

VERS. 7. — MEMENTO QUIA VENTUS EST VITA MEA (1);  
 ET NON REVERTETUR OCELOS MEOS UT VIDEAT BONA.  
 Vitam nostram vento similem esse dicit: quod au-  
 ctore diversimodè exponunt. Ac Græci quidem pro  
 respiratione et spiritu, quem ducimus respirantes,  
 ventum hunc accipiunt. Sic enim vertunt Septua-  
 ginta, ὁ πνεῦμα πνοῦ ἡ ζωῆς: *Quia spiritus est vita  
 mea.* Unde cum Deus primum hominem creavit,  
 Gen. 2, 7: *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ,*

(1) מֵי לֵבִי לֵבִי לֵבִי Memento ventum esse vitam meam,  
 transcument et non redeunt, conf. Ps. 78, 59.  
 Apophthegma ad Deum, ut sequentia satis clarè docent,  
 ad quem et sæpius in disputatione adversus sociorum  
 imputationes provocat. Non rediit oculus meus videre  
 bonum, i. e. semel mortuus nullâ amplius felicitate,  
 seu alio bono fruar. Ut primum excesserit ex hæc  
 vitâ homo, nusquam ad illa reverteretur bona, quæ  
 semel amisit. (Rosenmuller.)

et factus est homo in animam viventem. Ait ergo  
 S. Job: Obscuro, Domine, ne permissis sic me labo-  
 ribus vestari, et mortem accelerari: memento vitam  
 meam satis ex se miseram ac fragilè esse, utpote  
 quæ ex oris et narium flatu dependeat.

Alii verò comparationem cum vento intelligent,  
 cujus motus velocissimus est, et fuga et lapsus  
 irrevocabilis; sicut scriptum est Psal. 77, 59: *Recor-  
 datus est quia caro suâ, spiritus vadens, et non rediens.*  
 Ventus enim nunquam repetit originem suam unde  
 erupit, et sic evanescere solet: talis est vita nostra,  
 velut ventus quidam velociter currens, nunquam  
 reversurus. Notum est in vento tam apud profanos  
 quàm apud sacros Scriptores velocitetem indicari.  
 De profanis est illud Horatii lib. 2, Carm. Ode 16:

Ocyor ventis, et agente nimbo  
 Ocyor Euro.

Virgilius quoque, lib. 3 Æneidos, ait:  
 Emicat et ventis, et fulminis ocyor alis.  
 Apud sacros etiam auctores sæpè comparatio è ventis  
 sumitur ad explicandam celeritetem, et idèo ventis  
 attribuantur pennæ, et Deus in illis insidere dicitur,  
 quia omnia cursu quàm celerissimo lustrat, juxta  
 illud Psal. 105, 5: *Qui ponis nubem ascensum tuum;  
 qui ambulat super penas ventorum.* Ubi S. Augusti-  
 nus ait insinuari Deum per verbum ejus ubique pre-  
 sentem, velocitetem motus nihil deserere; et hæc  
 comparationem adhibuisse, quia tu non verberas ali-  
 quid vento velocius: ut per pennas ventorum in-  
 telligas velocitetem ventorum, et verbum Dei intel-  
 ligas velocis omnibus ventis. Eandem ob causam  
 tradit S. Dionysius Colest. Hier. cap. 15, § 6. Ange-  
 los in Scripturâ ventos appellari, cum ait: *«Quòd  
 «antem venti nominentur, hoc eorum in agendo  
 «celeritetem indicat, ad omnia fermè absque morâ  
 «penetrantem.»*

Præterea ventus, qui semel transit, nunquam  
 revertitur. Quà etiam in re vita mortalium simillima  
 est vento. Neque enim vis est ulla in naturâ, quæ  
 vitam revocet. Ex quibus ventorum proprietatibus,  
 ut bene notat Sanctius, verus elicitur hujus loci  
 sensus, qui deinde sequentibus explicatur magis:  
 Quasi dicat Jobus: Vita me præcipitè labitur cursu,  
 quem brevi admodum absolvet: neque revertetur,  
 ubi primum abierit. Quare nisi statim mihi porrex-  
 eris manum, non erit tempus, in quo mecum possis  
 agere clementer. Quare obscuro, Domine, memineris  
 brevitatis vitæ et dolorum, quos patior, et fac ut  
 panxilium hoc spatii quod superest, à dolore reficiar,  
 et pacificè transigam.

Ventus igitur est vita nostra, quantumvis regum  
 et imperatorum illa sit. Videas ventum validum omnia  
 commoventem, pulverem magnum excitantem,  
 arbores concutientem, et strepitum eximium facien-  
 tem, quo transacto nullum ejus superest vestigium:  
 simul enim ventus et strepitus ejus evanescent. Sic  
 in mundo isto magnates et principes videbis magno  
 cum strepitu famulorum, equorum et negotiorum  
 transcuntium, sed mortè interveniente id experimen-

to probabis quod Psalmista dicit, 9, 8: *Perit memoria eorum cum sonitu*. De peccatoribus hic Psalmistam loqui testatur S. Hieronymus: hi cum sonitu transeunt, quia magnas excitare tragedias solent, memoriam sui et nomen in terra celebrare volentes: sed perit memoria eorum cum sonitu, in morte videlicet: cum priuim enim vitam cum morte commutant, cessat omnis ille sonitus et strepitus vanitatis eorum.

Præterea etiam aliam ob causam horum hominum vita ventus merito appellari potest: etenim quemadmodum ventus inconstans est flando, ita illi inconstantes sunt vivendo. Ventus motu ex Septentrionali flat polo, paulo post ex Orientis, postea ex polo Australi; nullibi figurat: sic hominum istiusmodi vita modo in virtute versatur, paulo post ad vitam transit: hodie crimina confessione eluunt, cras instar caeni resorbent vomitum, neque in virtute firmam faciunt mansionem, nec mansionem stabilen faciunt apud ipsos Deum.

NON REVERTETUR OCELLUS MEVS UT VIDEAT DOMA. Quod ita S. Gregorius, lib. 8 Moralium, cap. 12, exponit: «Ad videnda bona exinctus ocellus non reuertitur; quia ad exhibenda recta opera exuta carne anima non recurrit.» Et confirmat sententiam hanc ex illo, quod de epulone diuine narrat S. Lucas, et ait: «Hinc est quod dives, quem inferni flamma cruciabat, quia semelipsum reparare operando non posse agnouerat, nequam iam sibi, sed relictis in mundo fratribus prodesset satagebat dicens: *Rogate, Pater Abraham, ut mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, et ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum*, Lucae 16, 27. Solet namque moestum animum spes vel falsa refovere. Sed ut penam suam reprobi grauius sentiant, spem de venia amittunt. Unde flammis ultricibus traditus non sibi, ut diximus, sed optulari fratribus concepit; quia nunquam se ignium carere tormentis adjuncto desperationis supplicio agnovit.» Ita S. Gregorius. Subdit tandem Job:

VERS. 8.—*NEC RESPICIET ME VISUS HOMINIS: OCELLUS TUUS IN ME, ET NON SUBSISTAM* (1). Id est: Si semel è vita

(1) *לא יראני עין אדם, non intuebitur me ocellus videns me, i. e., eorum qui nunc me vident: posthac non est visurus qui me nunc videt.* Aliis non est participium cum suffixo primæ personæ, sed nomen substantiuum (forma *ראו*), visio, aspectus, ut 4 Sam. 16, 12, infra 55, 21. Ita forsitan Hieronymus: *Nec respiciet me visus hominis*. Sed retinendum prius, quod et alii veteres expresserunt. *לא יראני עין אדם, oculi tui in me, scilicet, erant, vel, erunt intenti, respicient, nec ipse, ero scilicet, q. d.: Nec me inuenies, quia hinc aberim, interim: quum me quaeres, ut mihi bene facias, jam me non inuenies.* (Rosenmüller.)

OCCELLUS TUUS IN ME, scilicet directi sunt, aspiciet me videtis oculo. Tu severo iudicio me corripisti. Et non subsistam, *לא יבטח*. *Et non ego, non ero. Non ero in visis.* Confer Genes. 42, 13, et 44, v. 20, et Psalm. 193, vers. 16; q. d.: Hinc vel solo aspectu tuo pereco. Non videbis me ut favens, sed ut occidas. Etiam oculis tuis ad me respicientibus, me non ero amplius, i. e.: Tanta est vis calamitatis meae, ut

migravero, nemo me amplius aspiciet, ut ex me subleuato tuam discat bonitatem. Jam autem tanta est mea calamitas, ut diutius in vita permanere non possim. Quin et vix me respicias ad sublevandum, cum animam efflavero: quare maturandum, si mihi auxiliari volueris. Vel potest etiam sic accipi quasi dicat: Iram tuam, quæ oculis declarat, amplius quam non potero: quaresi me severius aspexeris, statim emoriar.

Quis porrò sit visus iste, cuius carentiam potissimum deplorat S. Job, audi S. Gregorium lib. 8 Moralium, cap. 13. «Visus hominis, inquit, est misericordia redemptoris, quæ insensibilitatis nostræ duritiam cum respicit, emollit. Unde in Evangelio dicitur: *Respexit Dominus Petrum, et recordatus est Petrus verbi quod dixerat Iesus; et egressus foras flevit amarè*. Exutam verò carne animam nequamquam iam visus hominis aspiciet; quia post mortem non liberat, quem ante mortem gratis ad veniam non reformat.» Expavenda igitur omnis morula in salutis negotio est illi, cuius vita in actu oculi potest finire.

Et talis est humana conditio, quam luculentius exprimit Septuaginta verentes: «Non circumspiciet me ocellus videns me: oculi tui in me, et non ultra sum.» q. d.: Conspiciet in me ocellus quisque, et antequam bene me videat jam non ero. Sic Olympodorus in Catenâ: «Sæpenumero acciderit, ut dicitur in me fortè quispiam figi obtutum, abeam ipse atque decedam. Estique ita vitæ nostræ volucris exitus, ut qui nos hodie viderunt, cras non sint visuri omnino: siquidem sub tuo voluntatis nutu tuo oculo coniecta, cum me non amplius in vita morari volueris, statim interimes.» Quis ergo audebit retrò respicere, quando nec unus oculi icus est illi certus et securus? Quis morulam statuet, quando in actu oculi potest finire? Hinc quemdam Thomam Prepositum de Beverle, tardantem Deo respondere, pungebat D. Bernardus Epist. 407, ita scribens: «Generositas sanguinis, proceritas corporis, forma elegans, juvenilis decor, prædia, palatia, immensa supellex, infulsæque digonitatum, adde et mundi sapientiam; de mundo sunt hæc, et mundus quod sum est aspiciet; sed quotusque? Non solum enim non semper, ut pote quod non semper erit, verum nec diù quidem. Dicitur siquidem ista in te mundus habere non potest, et quippe ipsum in brevi non habiturus. Nam breves dies hominis sunt. Mundus quidem transit, sed te prius emittit quam ipse pertransit. Quid te sine fine delectat amor mox finiendus?» Miserum est, ubi finis instat, negotiis herere vite; ubi omnia nos in mortem præcipitant, morulas enfigere, quæ et cum temporalibus bonis Deum etiam moribus præcipiant. Ad Lot dicebant Angeli, Gen. 19, 47: *Saleva animam tuam; noli respicere post tergum*. Nec otiosa est tanta quamvis me benevolis oculis respicias, forma effugere non possim. Humanitas dictum, ut infra, v. 21: *Non ero, q. d.: Quum me quaeres, ut mihi beneficias, jam me non inuenies, quia hinc aberim.* Alii sic: *Ocelli tui in me sunt; benigno vultu me aspice, et concede ut citò vitâ detungar, et inter mortales diutius non subsistam.* (Synopsis.)

celeritatis commendatio in viâ ad eò præcipiti, quando et in actu oculi possunt finire. Nonne in actu oculi perit ipsa Loti uxor? *Respiciensque uxor ejus post se, versa est in statuum salis*, Gen. 26. Non diù stetit, non longas fecit moras, oculos solum coniecit, et in actu oculi amisit salutem.

OCCELLI TUI IN ME, ET NON SUBSISTAM. Id est, oculi tui in me in te intenti erunt, vel me quaerent quem aspiciant; et non ero usquam in vivis. Nam non subsistere seu non esse dicitur, qui diem summo obit; quia non est amplius in vitâ; juxta illud Psalm. 102, 16: *Spiritus pertransibit in illo, et non subsistet*; id est, non erit inter vivos. Sic Matth. 2, 48: *Rachel plorans filios suos, quia non sunt*: nam erant mortui. Unde pulchrè et acutè Lactantius: «Quando, inquit, nos non sumus mors est: quando nos sumus mors non est.» Quo sensu item Plautus ait: «Nunc illud est; cum me fuisse quam esse nimitò mavelim.» Hinc perfinet etiam Gymnosophistæ illud, qui dicebat plures esse vivos quam mortuos, eò quod mortui non essent, et non subsisterent.

Tropologicè S. Gregorius lib. 8 Moralium, cap. 9, locum hunc de stricto Dei iudicio exponit, in quo, si Deus intentis oculis omnia nostra peccata exactè speculetur, lustret, disquirat, non tantum peccator, sed ne vel sanctissimus quisque subsistet, id est, coram Deo stare poterit quia oculos deiciat, vel cum pudore discedat, vel causâ cadat. Ac si aperte diceret: «Districtus ad iudicium veniens, et ad salvandum non evides, et ad feriendum vides, quia quem in presenti vitâ dispensationis tuæ miseratione non respiciet, respiciendo postmodum per justitiam extinguis. Nunc enim peccator quisque Deum non metuit, et cœvit; blasphemat, et proficit; quia scilicet misericors creator, quem expectando vult corrigere, aspiciendo non vult punire; sicut scriptum est Sap. 11, 24: *Disimulans peccata hominum propter penitentiam*. Sed tunc peccator cum respicitur non subsistit; quia cum districtus Iudex merita subtiliter inquirat, reus ad tormenta non sufficit.» Et post pauca iustus hanc eandem sententiam accommodat: «Quia apud Deum districtè iudicati, ipsi quoque maculas iniquationis habent, qui per munditiam sanctitatis lucent. Bene ergo dicitur: *Ocelli tui in me, et non subsistam*. Ac si aperte justè voce diceretur: Si subtili examinatione discurat, ad perferendum iudicium non assurgit; quia ad penam vita non sufficit, nisi hanc inmanitas justæ retributionis premit.» Si ergo sanctissimi viri divinæ disquisitioni strictoque examini sese committere non audent; quâ fronte nos miseri homunciones coram Deo Iudice comparebimus? *Qui respicit terram, inquit David Psalm. 105, 55, et facit eam tremere; qui tangit montes, et fanigant.* Ad quem locum pulchrè S. Augustinus exponit, quæ sit ista terra que tremat ad aspectum Dei, et quânam sint istæ montes, qui ad tactum Dei fumigant: «O terra, inquit, exultabas de bonitate tuâ, tibi tribuebas vires opulentia: tuæ: ecce respicit Dominus, et fecit te tremere; respiciat te, et faciat te tremere.

«Melior est tremore humilitatis quam confidentia superbia.» Et post pauca: *Montes superbi erant, jacetabant se, non esse tetigerat Deus: tangit illos, et fumigabit.* Quid est fumigare montes? preceam Domino reddere. Impius quilibet et inlelex animâ rogare Deum desicit, et vult se rogari ab hominibus. «Mons est, opus est ut tangat illum Deus, et fumiget.» Quando cooperit fumigare, dabit Deo preceam: tantum sacrificium cordis fumigat ad Deum, deinde tandem pectus incipit et flere, quia et fumus excutit lacrymas. Hinc ergo similibus pii viri meditationibus imbuti cum Davide exclamant Psalm. 89, 11: *Quis novit potestatem iræ tuæ?* Cum nempe placet mundum punire nequitia pollutum, sceleribus inquinatum, ad nutum resurgit ocellus tui delinunt Gentes, montes liquefunt, terra dehiscit, cœlum ut liber involvitur, natura tabescit. *Aspexit, inquit Habacuc 3, 6, et dissolvit gentes.* Ad perdendos enim et interfectione obrendos homines, et labefactandum hoc universum, solus irati Numinis aspectus sufficit.

VERS. 9.—*SICUT CONSENSITUR NUBES, ET PERTRANSIT; SIC QUI DESCENDIT AD INTERIOS NON ASCENDIT* (1). VERS. 10.—*NEC REVERTETUR ULTRA IN DOMUM SUAM, NEQUE COGNOSCAT EUM AMPLIUS LOCUS EIVS* (2). Exemplo nubis consumpta ostendit locum, qui semel mortui fuerint, ad vitam redire non posse, ut illustret illud quod proximè dixerat: *Ventus est vita mea, etc.* Nihil enim videtur esse levius aut fugilius nubes; quæ si afflatu Solis incaluerit, cum humo levatur, et dissilii; si fuerit imbrifer, diffundit; si aliquantè evaporasset, modico Aquilone dissipatur, et ne tenui quidem vestigio de relicto evanescit. Quare de rebus vanissimis nubes dicitur. Et Horatius in Arte poetica, cum præposterior et nullius mentis virum vult experimere, «nubes et inania capture dixit. Illo in genere doctis fabulorum inventis nobilitata fuit Ixionis furis libido atque vecordia, qui nubem pro Junone ad complexus: ut propemodum verum id videatur, ad summam ina-

(1) Non negat hic Job resurrectionem corporum, quam postea, cap. 43, manifestissime adstruit dicens: *Scio quia de terrâ surrecturus sum, et in carne meâ videbo Deum Salvatorem meum, etc.* sed tantum significat hominem non reverti ad statum præsentis vite. Id enim clarè docent subsequente verba: *Nec revertetur vir in domum suam, nec cognoscat eum amplius locus ejus.* (Estius.)

Quod motu dixerat, virum vitâ functum non reditum in hanc lucem, et violenter aërem è sepulchro, nunc illustret elegantissimè similitudine, nempe nubis, quæ ubi resoluta evanuit, ad antiquum molem et locum revocari nequit. Hujus versiculi initio subaudendum esse *particulam comparationis*, 2, docet sequens 2. Sic Isa. 55, 9, Jerem. 5, 20. Verbum *כלך* consumi, de fumo evanescente occurrit Ps. 57, 22. *Pro Ire h. l. valet perire, ut infra, 27, 29. Pro 27, nubes, in uno de Rossi cod. à primâ manu exstat 27, fumus, idemque Chaldaicus expressit: Ecce sicut cessat fumus et deficit.* (Rosenmüller.)

(2) *לא ישוב עוד לביתו, non redibit ultra ad domum suam, ut rem familiarem, et solita negotia administrat et procurat; ואל יבטח עד מקצתו, necque cum ultra agnoscat locus suus, in quo antea fuerat, dum viveret.* Eadem phrasid Ps. 105, 16, conf. infra, 8, 18, 20, 10. (Rosenmüller.)

nitatem adumbrandam nihil esse accommodatius, quam si nubem quispiam coloribus atque penicillo depingat. Nubis itaque similitudo perquam apposita est ad vite presentis inconstantiam et subitanum interitum significandum. Cui robur est materia fragilis, levis, vagâ, sæpeque oculis arcis, turris aut muri imaginem objicit; quam mox, ut incertus contigerit flatus, in quadam recisamenta discedit, que citissimè tenuata ex oculis evanescent. Sic hodie in plateâ mediâ, cum proluxa vite conscius, consistit homo dives, ingenuus, secundâ lætus fortunâ; nocte proximâ corripitur febris, et tanquam flatu inopinato leviter attingitur; summo manè animam efflat, effertur, et tumulo conditur; neque cognoscet eum amplius locus ejus: quia scilicet non rediit in eum, et si rediret, non cognosceret, utpote occupatus ab alio. Vel per hypallagè non cognosceret ipse locum suum, quia non revertetur; et quævis revertetur, immutatim reperiet. Hoc ipsum iisdem propemodum verbis Psalmista in simili dicit Psal. 56, 10: *Quæres locum ejus, et non invenies, id est, non invenies illum in isto statu ac loco, in quo paulo antè ipsum florentem videras: nam paulo post jam nusquam apparebit, ejusque locus tibi contemplanti nusquam occurrat, ut qui de illâ suâ prosperitate dejectus sit. Sic etiam in Psalmo dicitur 102, 15: *Quantum spiritus pertransibit in illo, et non subsistit, et non cognoscat amplius locum suum. Homo nimirum, inquit Vates, sic floret ac vi-ret quomodo flos agri, qui ad modicum tempus admodum speciosus, lætus et festivus apparet; sed nimum cito exsiccatus decidit omni ornatu spoliatus: nam statim ut flatus venti super illum fortiter utcumque vel parvo impetu flaverit, illico abripitur à flatu, nec habet firmam consistentiam, quâ adversus venti flautis impetum resistat, sed ab eo prosternitur, et deficit; neque amplius poterit cognosci, inveniri, aut demonstrari locus ejus; sique est ac si nunquam fuisset, nusquam ejus apparente vestigio. Spiritus quoque humanus et rationalis anima pertransit in homine, dum in corpore moratur, ipsaque vivificat, sed non habet ullam in eo firmam substantiam sive durationem, cogiturque nimum cito emigrare. Simul atque autem spiritus exit à corpore, statim revertitur homo in terram suam, et paulo post nullum remanet defuncti vestigium corpore in terram abditò, et animâ in occultum locum sub Dei manu receptâ; atque ita efficitur alienus à loco habitationis suæ ac si nunquam ibi habuisset mansorem: quippe prorsus auctorem de terrâ viventium, eritque mundo ipse incognitus, et ipsi vicissim erit incognitus mundus.**

Ceterùm hinc magna vetustos inter interpretes hinc oritur, an Jobus hic resurrectionem agnoverit mortuorum. Negat hoc discretè Chrysostomus in Catena, qui per avi sui, quod Legem diu præcessit, ruditeratem ipsum excusât. Alii autem, inquit ibidem Didymus, non ut resurrectionem mortuorum tollerent, hæc à Jobo dicta esse volunt; sed primum quidem, ut humana vita fragilitatem, et deinde eum, qui semel obierit, ad corruptibilem hanc vitam nimum reditu-

rum, nec consueta munia obiturum, ostenderet. Quasi nimirum vita hominis operatione constet; et ubi cessatum est à pristinis munitis, non eadem vite moraliter censeatur. Non quia ille ipse qui moritur non resurgat; sed quia ille ipse qui resurgit otatur à munitis, que dum viveret exsequatur; ac si hominis nota et individuis character operatio sit et veluti vite typus, quo viventes insigniuntur.

VERS. 11. — QUAPROPTER ET EGO NON PARCAM ORATIO, LOQUAR IN TRIBULATIONE SPIRITUS MEI: CONFESLABOR CUM AMARITUDINE ANIMÆ MEÆ. Cum tanta, inquit, sit humane vite brevitatis et instabilitas, in hac meâ miserâ, quâ premor maximâ, non paream oratio meo, nec continebo me, quin querulas voces effundam; significans se à morte parùm abesse, idèque illud, quod sibi superest, temporis affectui indulgere velle, ut testatum faciat se cum gravissimo ærumnis conflictari, atque in sententiâ suâ persistere, quâ superius censuerat calamitatem illam, quam patiebatur, culpâ seu reatu suo longè graviorem existere; pro cuius veritatis assertionem absque impatientiâ vido querimonias plurimas effundit.

Ubi animadvertendum, quàm magnanimus sibi que constans ad extremam usque horam in castâ divinæ providentiæ doctrinâ perseverare constitutus, quidquid Eliphaz aliique verborum ejus censores rigidi, vel potius cavillatores importanti, obloquentur atque obnoxiunt. Poterat nimirum Job, et jure quidem optimo, cum judicaret jam supremum sibi instare diem, affectu verba permittere; ad merorem quo sanè maximo obrebat, nonnihil relevandum; ne fortè anxietas nimia nequidquam extenuata modum excederet, atque ad desperationem tandem barathrum aut in culpam saltem aliquam graviorem afflictum ejus animum præcipitaret. Hæc quippe leniendi doloris ratio et culpâ vacat, et viris affectionum internarum peritis admodum probatur, cuius oblivione vel incogitantia notat Joannes à Jesu Mariâ nonnullos interitum Theologos parùm sapientes, animos, alioquin vite sanctimonii conspicuos, sed immenso afflictionum pondere oneratos, penitus opprimere ac suffocare.

Horum igitur verborum sensus est hujusmodi ac si dicat: Cum sentiam me ad extrema redactum, et angustie mihi sint undique, è quibus emergendi non habeo facultatem, credo equidem consilium viro prudenti non indignum et gravissimo dolorum prælio à temperatum esse, lamentorum et genituum impetum minimè reprimere, ne gravis inde torquear, et pejus animo afficiar. Indulgebo itaque aliquantulum nature, ut molestitudinem nimiam exhalet, atque in hunc modum ab impatientiâ culpâ remotior optatâ morte defungar.

Tropologicè Jobus hoc loco rectè ex brevitatis temporis inferri non esse cessandum à precibus, neque quidquam de illarum contentione remittendum. Quod etiam faciunt quibus exigi temporis facta est facultas, qui nullam illius partem inertem esse signant; acunt autem vocem, et ad ingeminandas preces conferendosque cum Douino sermones impellunt spiritus

afflicto, ægritudine animi, vis doloris maxima, qua uberrimum etiam lacrymarum fontem aperiant. Quare D. Gregorius lib. 8 Moralium, cap. 11, locum hunc de utilitate confessionis ac penitentiae sic exponit: «Tribulatio quippe spiritus linguam commovet, ut reatum pravi operis vox confessionis impugnet. Scien-dum quoque est, quia sæpè et reprobi peccata confitentur, sed deflere contemunt; electi autem cul-pas suas, quas vocibus confessionis aperiant, districtè animadversionis fletibus insequuntur. Unde B. Job bene postquam se ori suo non parere spondidit, tribulationem mox spiritus subdidit, ac si aperte fa-teretur dicens: Sic reatum lingua loquitur, ut ne-quâquam exers per meroris stimulo per alia spiritus evagetur, sed culpas loquens vulnus aperio; culpas vero ad correptionem cogitans salutem vulneris ex medicamine meroris quero.» Sic ille qui hæc deinceps toto illo capite perquam eleganter ac fusè deducit et amplificat, ostendens Jobum se hic verè nobis proposuisse exemplum penitentiae; quale nimirum Ezechias rex postmodum quoque edit, quando pro coronâ et paludamento regio pudore ac verecundiâ inductus, iisdem penè quibus Job ver-bis ejulando Deum sic affatur: *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, Isaia 38, 15. Quid est recogitabo? S. Hieronymus vertit reputabo, hoc est, diligenter expendam et versabo in animo meo, ut quales fuerint probè intelligam. Tigurina editio ex Hebræo vertit: *Motando caput, concutiendo corpus meditabor. Quæ præteritorum scelerum detestationem et parentis animi dolorem significant magnitudine periculi sui exhorrescentis. Ex hoc fonte manabant illæ lacrymæ indices penitentiae et compunctionis, quibus stratus abjectusque princeps fœdas animi labeles eluere conabatur. Addit enim in amaritudine animæ meæ, hoc est, in profusione lacrymarum, quæ naturâ suâ falsæ amaræque sunt, ad expiandas proinde sordes accommodatæ, vel in doloris acerbitate, quem ipsa crinialis memoria cogitatione suggerit, atque ut alios potum inducit.**

VERS. 12. — NUMQUID HARE EGO SUM AUT CETES, QUIA CRECUNDISTI ME CARERE (1)? Alludit hic ad caput

(1) Exhibetur non raro in Scripturâ mare certis lim-bibus circumscriptum, validissimæque manu Dei coercitum, ne terram inundet, ut olim diluvio. Veteres quidam mare cum bellum indomitum habebant, quam providentiâ valida incluseret cavet, ut ejus fu-rorem retundat. Nec belluæ huic animam denegarunt, eundemque tunc flare et reflare censuerunt, cum in æstu fluit ac refluxit. Præcis item nomine filiorum Nep-tuni ferocissimique et immanes audiebant, uti et neptidæ maris in proverbium apud illos abiit. Hæc igitur Jobi sententiâ est: An ego lamia vi præditus sum, tantâ nequitiâ, tanto impetu, quanto pelagus? Tantane mihi inest ferocia, tantum ex me immanæ periculum, quantum ex immanibus illis marinis mon-stris, quibus caveas et carceres insuperabiles oppo-suisti? Ine ego, qui ventus sum et umbra? Cur igitur, o Deus, gravibus adè malis me oppressisti? Num unquam adè impotenter potestate meâ abusus sum? Num tantâ licentiâ motus animi mei laxatis frenis ferri passus sum, ut severè adè peccati merear? Sunt, qui ita redant: Num ego mare sum, ut tantam ma-ritum inundationem intra me captam? Vel potius:

primum Genesios, ubi mare in carcerem quodammodo conjectum fuisse videtur, quando illud Deus certis lim-bibus circumscripsit, dicens: *Congregentur aquæ quæ sub celo sunt in locum unum, Gen. 1, 9. De qua re ita loquitur David, Psal. 105, 7: Ab increpatione tuâ fugiet, à voce tonitru tui formidabunt: terminum posuisti, quem non transgredietur, neque converter-tur operire terram; significans Deum mari, et per con-sequens ecto posuisse terminos, scilicet litora, ne totam terram obruant, quæ Job carcerem vocat. Tyrannos autem superbos et violentos confert cum ceto vel dracone marino, quasi dicat: Adeo, bone Deus! tibi visus sum ferus et noxius inter homines, quasi cetus inter pisces, ut in hujus corporis ærumnosi car-cere tot plagis me deprimere, vincire et compescere à violentiâ oportuerit? Unde Chaldaeus paraphrasticè sic reddit: *Numquid sicut Ægyptii, qui condemnati suat ut submergerentur in mari Rubro, condemnatus sum ego? aut sicut Pharo, qui suffocatus est in medio ejus; quoniam constituis super me custodiam?* Sed bene notat Sanctius hunc Paraphrasten, quicumque fuit, non considerasse quo tempore hæc à Jobo dicerentur, et nondum tunc in mari Rubro Pharaonem fuisse demersum, cum historia hæc supra ducentos annos Ægyptiorum et Pharaonis exitum antecesserit.*

Nota, quod Vulgatus cetum transtulit, in Hebræo esse צֶמֶת tamini; quam vocem D. Hieronymus et ceteri divinarum Litterarum interpretes veteri solent exponere. Quidam enim, ut Septuaginta, vertunt dra-conem sive colubrum, alii cetum, nonnulli sirenem, ericium, aut lamiam. Quæ omnia demones ingenium expriment; blanditur ut siren; ut lamia prophetica nudat mamma; et papillis tumebitibus proliciat; ut ericium pungit et lacinat; deglinit ut cetus; ut draco ferocissimè invadit, et caudâ inipâ circumnavigat; et quales in Phrygiâ esse dicebantur, tam noxiæ et potenti ha-litu, ut aves supernæ volantes attraherent, et tetris faucibus exciperent; fit denique omnia omnibus, ut omnium vitam et salutem exhauriat; cum modus unus atque via non succedit, aliam tentat et molitur, simul lamia, siren, draco et cerastes. Divinè S. Leo Magnus serm. 6 in Epiphaniâ: *Quorum, inquit, obtinere non potest mortes, impetiti mores. Versipellis etiam eleganter describit Fulgentius Epist. 5, ad Prob-um: Tanquam diversis machinis sic innumeris ni-tur argumentis; et cum certamine manifesto cedit, ad hoc se victum demonstrat, ut vincat; ad hoc fu-gam simulat, ut persequentem missis post tergum sagittis occidat.» Et paulo post: *Arms quibus eliditur surgit; et virtute quâ dejicitur dejicit, etc. Pingit quoque lamiam simul et draconem S. Gregorius Nazianzenus orat. 40: Dæmon, inquit, insilio celivus, blanditur, lenocinatur, τείκεται δι' ἐς ποταμὸν, verius in malum desinit. Cùmque tanta sit illius falla-cissimæ ingeni fraudis, et invicta in excogitando malitia, hoc præterea ad hominum perniciem adiungit. Num robur mihi maris vel ceti est, ut tam dura tole-rem? Sed prior expositio optima est. (Calmet.)**